BIBLIOT. NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 E
32 M
35-a-62
14-22-A-4
Digitized by Google

A

ALCHYMIÆ VETERIS
MEDVLLA
Ex
GEBRI ARABIS
PHILOSOPHI

Antiquiſſimi & conſummatiſſimi Libris extracta.

ET

In aphoriſmos centum contracta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HIC LIBER EST CONTVS S·NICOLAI TOLEN: DE VRBE F·F· EREM: EXCALCEAT

12. 18. E. 32

Digitized by Google

APHORISMI
GEBRIANI

I.

Librorum Gebri, ſubiectum, ſeu Materia circa quam, eſt *Alchymia*, ſiue metallorum tranſmutandorum ſcientia, quæ eſt pars philoſophiæ Naturalis excellens, nobilis, & glorioſa, immò precioſiſſima, & occultiſſima.

II.

Naturam enim hæc, in quibus poſſibile eſt principijs, in omnibus eius operibus, inque omnibus rebus, quæ naturæ regulantur actionibus infrà Lunarem circulum ingenioſe ſequitur.

III.

Amatorem igitur huius ſcientiæ oportet omnia Naturæ principia cauſaſque mineralium, & modum generationis eorumdem, necnon infirmitates & imperfectiones in ſuis mineris, ſcire & cognoſcere. Alioqui multum remotus erit ab hac arte, cum non habeat radicem veram ſuper quam intentionem ſuam fundet.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

XI.

Tranſmutationis igitur metallicæ ſubiectum adæquatum eſt partim corpus imperfectum alterabile, partim argentum viuum coagulabile.

XII.

Ac corpora quidem imperfecta in profundo ſuæ naturæ immunda et fœda exiſtunt, nihilque in eis fulgidum inuenitur, cum ſecundum naturam non ſit in eis. Non enim inuenitur in re quod in illa non eſt.

XIII.

Cum ergo nihil perfecti in ijs inueniatur, neceſſario et nihil abundans, quin potius aliquid diminutum in illis deprehenditur quod compleri neceſſario oportet.

XIV.

Eſt vero diminutum in illis argenti viui paucitas et non recta inſpiſſatio eiuſdem.

XV.

Complementum igitur in illis erit argenti viui multiplicatio, & inſpiſſatio bona, cum fixione permanente. Tota igitur ars conſiſtit in fixione argenti viui, tam in corporibus, quam extra corpora conſiderata.

XVI.

Argentum vero viuum eſt fugitiuum de facili, abſque inflammatione aliqua, pro vt medicina eget, quæ ſubito ante fugam eius in profundo ad-

adhæreat, illique per minima coniungatur, illud inſpiſſet, & ſua fixione in igne conſeruet; quouſque adueniat illi maioris ignis tolerantia, humiditatem eius conſumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in momento in ſolificum & lunificum verum, ſecundum illud, ad quod medicina fuerit præparata.

XVII.

Finis igitur vltimus artis huius eſt, naturæ defectus ſarcire, & ſublata infirmitate atque immunditie, vnumquodque corporum imperfectorum, ipſumque argentum viuum coagulabile, mutatione firma & vera in perfectum Lunare & Solare transformare corpus. Vbi enim natura deficit, ars ſuccurrit, & ſubuenit. Natura enim ſemper perfectionem intendit, & tum ceſſante extrinſeco ſuffragio quieſcit, & vlterius non procedit, ideo imperfectum producit. Ars infirmitatem reſpicit & tollit ſuo ingenio. In libro *Salomoni* adſcripto.

XVIII.

Ad hunc vero cum non poſſit perueniri abſque medio, Medicina quadam opus & defectum ſupplente, & fuſcedinem atque turpitudinem illam palliante & temperante fulgoremque adducente & complete perficiente.

XIX.

Licet vero artifex nuſquam non in opere faciundo eſſe debeat velut ſimia & perpetuus magnę rerum matris Naturæ imitator; non tamen poteſt eandem in omnibus propter etatum differentias, ac præſertim in principijs imitari. neq; id eſt philoſophorum intentio, cum quædam ſint ipſis impoſſibilia, & penitus ignota.

Etſi

imperfectorum metallorum diuerſitate varia et decuplex. Et hæc dicta fuit primi ordinis, et opus minus.

XXVIII.

Poſtea curis ſecundis acceſſit vlterior elaboratio, qua maior quædam virtus et penetrantia addita medicinæ: vt non externam modo cutim palliaret amplius, ſed et profundius penetrando tingeret, nondum tamen ſatis complete. Et hæc vocatur ſecundi ordinis, et opus medium.

XXIX.

Tandem vero diuturni laboris inſtantia et magnæ indagationis induſtria inuenta eſt medicina vna vera, qua quidem durum molleſcit, et molle induratur corpus, et fugitiuum figitur, omneque fœdum illuſtratur ſplendore inenarrabili, etiam eo, qui ſupra naturam conſiſtit. Eſtque hæc tertij ordinis, et maius opus appellata. Et non diuerſificatur à medicina ſecundi ordinis in eſſentia vllatenus, niſi per ſubtiliſſimos præparationum gradus in creatione illius, et per diuturnam laboris inſtantiam.

XXX.

Scito autem, primi et ſecundi ordinis medicinas eſſe Sophiſticas et aurum producere Sophiſticum: Tertij vero perfectam, et veram, quia hæc ſola tollit de commiſto, et imperfecto metallorum, reducitque ea ad ſanitatem et perfectionem ſummam. Eſtque lapis magnus et præcioſus philoſophicus, ſummaque, et Catholica illa m dicina, de qua ſola philoſophi cæteri in ſuis libris ſcripſerunt, alijs medicinis et lapidibus prætermiſſis. Noſter vero, et poſt eum Iſaacus Hollandus omnes ſimul diligenter ſatis explicarunt.

Co-

XXXI.

Cognito igitur ſic Alchymiæ ſubiecto, fine, et medijs, proximum fuerit, inſpicere fontem, ex quo media iſta ſint expromenda.

XXXII.

Huc vero te ducet conſideratio eorum, quæ maxime corporibus adiunguntur et amicabiliter iiſdem adhærent in profundo alterantia. Ex his enim elicitur medicina.

XXXIII.

Experientia vero docuit, ſpiritus corporibus magis aſſimilari, et vniri, eo quod videmus, hos magis corporibus amicari quam aliqua alia in natura.

XXXIV.

Vnde non inuenerunt antiqui, neque nos, neque etiam qui poſt nos erunt, aliquid aliud, quod vniretur corporibus; niſi ſpiritus ſolos, vel aliquod quod naturam corporis & ſpiritus in ſe contineret. Nec in vllis alijs quam in ſpiritibus vidimus adhærentiam & ingreſſionem in corporibus cum alteratione.

XXXV.

Vnde conficitur, ſpiritus eſſe corporum alterationis medicinam veram, ſiue, quod perinde eſt, ex ſpiritibus medicinam eſſe creandam.

XXXVI.

Si igitur corpora, filij doctrinæ, vultis conuertere

ſeu

ſeu tranſmutare, tunc ſi per aliquam medicinam fieri hoc poſſibile ſit, per ſpiritus ſolos contingere neceſſe eſt.

XXXVII.

Spiritus autem dicuntur, quæcunque mineralia, in igne naturam volatilem ſpirituoſamque habentia. Suntque tres principales. Argentum viuum ſulphur, & arſenicum. Cæteri minus principales, vt Sal armoniacum, marchaſita, magneſia, Tutia.

XXXVIII.

Quæcunque igitur alterantur, ea vel per argenti viui virtutem vel ſulphuris, aut horum ſimilium ſpirituum, neceſſe eſt alterari: quoniam hi ſoli communicant & vniuntur in natura ipſis corporibus, quia ipſis magis ſunt amicabilia.

XXXIX.

Ex his palmarium obtinet Mercurius, vt qui præ cæteris magis amicabilis eſt metallis, ideoque medium coniungendi tincturas. Auicenn. Mercurius habet magis de ſpiritu, quam alij.

XL.

Non eſt enim tranſitus à contrario ad contrarium, niſi per medium diſpenſatiuum: adeoque non eſt tranſitus à mollitie argenti viui ad duritiem alicuius metalli niſi per medium, quod eſt inter molle, & durum. Facit huc illud Richardi Anglici in correctorio ſuo, cap. 15. Cum coniungere volueris corpora imperfecta cum perfectis, facias medium per Mercurium, qui diſſoluit & aperit naturas, vt ſimpliciter vnum poſſit tranſire in aliud, & perfectum vim mittere in imperfectum vt ſecum perficiatur.

Mer-

XLI.

Mercurius igitur in hac arte vtramque facit paginam. Nam & Medicina ex illo creatur, & ipſe coagulatione perficitur per Medicinam.

XLII.

Quod Medicina ex illo conficiatur, inde colligitur quoniam 1. in cæteris rebus exquirentes non inuenimus inuentione noſtra rem aliam magis quam arg. viu. corporum naturis amicari. Propterea opus noſtrum in illo impendentes, reperimus ipſum eſſe veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modice peculioſa.

XLIII.

2. Quia, vt multa ſulphuris quantitas eſt cauſa corruptionis; ſic multa quantitas arg. viui eſt cauſa perfectionis. Omne enim arg. viu. eſt perfectiuum in operibus naturæ. Eſt namque aduſtionis ſaluatiuum, quod eſt perfectionis vltimum. Ipſum ſi quidem eſt quod ignem ſuperat, & ab igne non ſuperatur, ſed in eo amicabiliter quieſcit, eo gaudens. Vnde quæcumque videmus plus ab aduſtione ſaluari, illa plus naturæ illius poſſident. Et hinc ob cauſam ea corpora quæ fœcundiora ſunt argenti viui, maioris ſunt perfectionis; quæ vero ſteriliora minoris. Id quod patet ex facili ſuſceptione argenti viui. Videmus enim corpora perfectiora amicabiliter illud combibere; alia vero corpora non videmus tantam ad illud conformitatem habere, ideo que minus de natura ipſius participare. Ideoque quæ participiant, (vt ſtannum), magis perfectioni approximare.

Idcir-

XLIV.

Idcirco & nos naturam minime mutantes , ſed imitantes , in quibus poſſibile eſt operibus , arg. ſimiliter viuum in huius magiſterio aſſumimus in cuiuſque perfectionis medicina , Solari & Lunari , tam corporum imperfectorum, quam ipſius argenti viui coagulabilis.

XLV.

Cum enim arg. viuum per noſtrum artificium fuerit mundatum & præparatum , inque ſubſtantiam puriſſimam & fulgidiſſimam redactum , adeoque in medicinam elaboratum , proiectum ſuper diminuta à perfectione corpora , non ſolum luciditate ſplendoris illorum fuſcedinem palliando celabit , teget , & in fulgorem conuertet , ſed & fixione ſua perficiet, ſuaque puritate conuertet & firmabit perfectione completa.

XLVI.

Laudetur igitur ſublimis naturarum DEVS , benedictus , glorioſus & altiſſimus , qui creauit illud deditque illi ſubſtantiam talem & ſubſtantiæ proprietates , quas non contingit ex rebus vllam in natura poſſidere , vt in illa poſſit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod , quod in illo inuenimus potentia propinqua.

XLVII.

Non ſolum autem Medicinam ex ſe ſuppeditat Mercurius cæterorum metallorum imperfectioni tollendæ, verum etiam ipſemet curari & perfici deſiderat , adeoque medicinam æque ac illa opus habet , naturæ ſuæ conueniente.

Talis

XLVIII.

Tali verò ei conuenit Medicina, quæ maxime illi in profundo eius adhæret, eique per minima commiſcetur, ante illius fugam ab igne, vt ſupra aph. 16. dictum.

XLIX.

Ex rebus ergo ei conuenientibus neceſſe eſt hanc medicinam creari.

L.

Sunt autem huiuſmodi res aut corpora omnia metallica aut ſpiritus, ſulphur puta & arſenicum.

LI.

At enim, quia nullum vidimus ex corporibus illud in ſua natura coagulare coagulatione firmâ & verâ; ſed potius ab eis ipſum per expreſſionis ignem fugere, quantuncumque fuerit ſuæ conuenientiæ: ideoque conſiderauimus nullum corpus in natura ſua, in profundo illi adhærere. Subtilioris ergo ſubſtantiæ, & liquidioris fuſionis neceſſe eſt medicinam illam eſſe, quam ipſa corpora exiſtant.

LII.

Ex ſpiritibus autem ſimiliter non vidimus, illis in natura ſua manentibus, firmam & veram fieri coagulationem illius, ſed fugitiuam, & multæ infectionis atque nigredinis, quod quidem contingit, alterum propter ſpirituum fugam, alterum vero ex terreæ & aduſtibilis ſubſtantiæ illorum commixtione.

12. 18. E. 32

Digitized by Google

APHORISMI
GEBRIANI

I.

Librorum Gebri, ſubiectum, ſeu Materia circa quam, eſt *Alchymia*, ſiue metallorum tranſmutandorum ſcientia, quæ eſt pars philoſophiæ Naturalis excellens, nobilis, & glorioſa, immò precioſiſſima, & occultiſſima.

II.

Naturam enim hæc, in quibus poſſibile eſt principijs, in omnibus eius operibus, inque omnibus rebus, quæ naturæ regulantur actionibus infrà Lunarem circulum ingenioſe ſequitur.

III.

Amatorem igitur huius ſcientiæ oportet omnia Naturæ principia cauſaſque mineralium, & modum generationis eorumdem, necnon infirmitates & imperfectiones in ſuis mineris, ſcire & cognoſcere. Alioqui multum remotus erit ab hac arte, cum non habeat radicem veram ſuper quam intentionem ſuam fundet.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

IV.

Si enim non cognoſcerentur corpora, & eorum principia in profundo ſuæ naturæ & manifeſto, & ſi neſciremus quid ſuperfluum in eis, vel diminutum eſſet in eis, neceſſe foret nos nunquam ad perfectionem tranſmutationis illorum peruenire.

V.

Sunt autem principia iſtius ſcientiæ eadem quæ Naturæ, quoad generationem metallorum. Cum enim artis finis ſit, idem aurum quod natura, producere, quæ & qualis erat materia apud naturam, erit etiam apud artem. Si vero materia artis non erit eadem ſed ſimilis, non idem aurum naturale, ſed ſimile proueniet.

Naturalia naturaliter efficiuntur.
Extra naturam neutralia proijciuntur,
Ars non tentetur, naturam ni comitetur,
Quod natura negat, nemo feliciter audet.

VI.

Habet enim Natura, in metallis creandis & formandis ſubſtantiam quandam, vel materiam terream, ex argenti viui, & ſulphuris mixtura conflatam, vnde exit quidam fumus tenuiſſimus & puriſſimus, duplex, (albus & rubeus) qui poſtea per calorem temperatum coagulatur, & aquæ minerali viſcoſæ permixtus, diuturna decoctione inſpiſſatur & induratur in metallum, & non ſecus; ac metalla ſic & Elyxir philoſophicum, ex aqua Mercuriali & terra ſulphurea, pingui ſeu viſcoſa componitur, quod eſt totius opificij Hermetici fundamentum.

Et

VII.

Et in hac operatione Natura, (quod Hermes voluit) facit de terra aſcendere in cœlum, id eſt, rem corporalem fecit ſpiritualem: & deſcendere de cœlo in terram, id eſt, rem ſpiritualem efficit corporalem, vt loquitur author incertus de alchym. 3.

VIII.

Quemadmodum vero principia ſic, & principiata vtrobique ſunt eadem. Neque enim aliud quicquam ad hoc opus requiritur quam corpus metallicum. Nã vt Bernhardus Comes rectè monet, nos quoque hoc ipſum corpus accipimus, vti & illud natura creauit.

IX.

Conſtat vero, omnia metalla, quantum ad radicem, eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, vel materiæ, (vnde & magnam ad ſe inuicem habent affinitatem, ſeque inuicem alterant & alterantur, perficiunt & perficiuntur) non autem eiuſdem formæ, & hoc propter infirmitatem et ſanitatem, munditiem et immunditiem, paucitatem et quantitatem ipſius argenti viui et ſulphuris in vnione et commiſtione naturali, longamque vel breuem ipſius naturæ decoctionem.

X.

Hinc quæ mundiora ſunt et magis excocta, atque argento viuo fœcundiora, perfecta dicuntur, vt ſunt aurum et argentum: cætera vero quæ contrario modo ſe habent, imperfecta, ſuntque partim mollia, vt Saturnus et Iuppiter, partim dura, vt Mars et Venus: *Quibus accenſetur argentum viuum minerale.*

XI.

Tranſmutationis igitur metallicæ ſubiectum adæquatum eſt partim corpus imperfectum alterabile, partim argentum viuum coagulabile.

XII.

Ac corpora quidem imperfecta in profundo ſuæ naturæ immunda et fœda exiſtunt, nihilque in eis fulgidum inuenitur, cum ſecundum naturam non ſit in eis. Non enim inuenitur in re quod in illa non eſt.

XIII.

Cum ergo nihil perfecti in iis inueniatur, neceſſario et nihil abundans, quin potius aliquid diminutum in illis deprehenditur quod compleri neceſſario oportet.

XIV.

Eſt vero diminutum in illis argenti viui paucitas et non recta inſpiſſatio eiuſdem.

XV.

Complementum igitur in illis erit argenti viui multiplicatio, & inſpiſſatio bona, cum fixione permanente. Tota igitur ars conſiſtit in fixione argenti viui, tam in corporibus, quam extra corpora conſiderata.

XVI.

Argentum vero viuum eſt fugitiuum de facili, abſque inflammatione aliqua, pro vt medicina eget, quæ ſubito ante fugam eius in profundo ad-

adhæreat, illique per minima coniungatur, illud inſpiſſet, & ſua fixione in igne conſeruet, quouſque adueniat illi maioris ignis tolerantia, humiditatem eius conſumentis, & connectat illud per hoc beneficium in momento in ſolificum & lunificum verum, ſecundum illud, ad quod medicina fuerit præparata.

XVII.

Finis igitur vltimus artis huius eſt, naturæ defectus ſarcire, & ſublata infirmitate atque immunditie, vnumquodque corporum imperfectorum, ipſumque argentum viuum coagulabile, mutatione firma & vera in perfectum Lunare & Solare transformare corpus. Vbi enim natura deficit, ars ſuccurrit, & ſubuenit. Natura enim ſemper perfectionem intendit, & tum ceſſante extrinſeco ſuffragio quieſcit, & vlterius non procedit, ideo imperfectum producit. Ars infirmitatem reſpicit & tollit ſuo ingenio. In libro *Salomoni* adſcripto.

XVIII.

Ad hunc vero cum non poſſit perueniri abſque medio, Medicina quadam opus & defectum ſupplente, & fuſcedinem atque turpitudinem illam palliante & temperante fulgoremque adducente & complete perficiente.

XIX.

Licet vero artifex nuſquam non in opere faciundo eſſe debeat velut ſimia & perpetuus magnę rerum matris Naturæ imitator; non tamen poteſt eandem in omnibus propter etatum differentias, ac præſertim in principijs imitari. neq; id eſt philoſophorum intentio, cum quædam ſint ipſis impoſſibilia, & penitus ignota.

Et ſi

XX.

Etſi proinde materia ſiue radix mineralium ſit argentum viuum cum ſulphure, non tamen debemus ea accipere ex quibus ſunt corpora mineralia; ſed magis debemus ſtud accipere, quod eſt ex ipſis corporibur naturalibus, cuius exemplum manifeſtu. eſt in plantis. Scimus enim quod generatio plantæ eſt aqua cum ſubtili terreo (quemadmodum & mineralium) & tamen ſi acceperimus aquam, & terram, nunquam generemus plantam. Non ergo accipimus illud ex quo eſt planta, ſed illud quod eſt ex plantis, ſcilicet ſemen illius. Quemadmodum optime diſſerit Alphonſus Rex in claui ſapientiæ, cap. 2.

XXI.

Ad Naturæ igitur exemplum ex argento viuo, quod in ſe ſulphur rubeum miſtum poſſidet, ſubſtantia quædam ſubtiliſſima et ſulgidiſſima per noſtrum artificium generanda eſt, in qua habitat et latet ſpiritus quintæ eſſentiæ. Ea ſubſtantia fumoſa, et volatilis cum propria ſubſtantia argenti viui fixa et firma, quæ eſt terra ipſius patiens ignem, inque eo perſeuerans, figitur et poſtea per decoctionem temperatam, et continuam ſecundum magiſterium huius ſcientiæ congelatur in lapidem fluentem, fuſibilem, tingentem, et in igne perſeuerantem.

XXII.

Atque hoc pacto imitatione Naturæ fecit artifex aſcendere à terra in cœlum quandam ſubſtantiam corporalem in ſpiritualem; eâ ſubſtantia ſeu materia ſpiritualis facta, cum poſtea congelatur rurſum, et fixatur, inque lapidem conuertitur, tunc fecit deſcendere de cœlo in terram, et materiam ſpiritualem ite-

iterato fecit corporalem, vt loquitur author incertus de Alch. c. 4.

XXXIII.

Et ſic patet, quod quidem natura facit de corpore ſpiritum, et de ſpiritu corpus in generatione mineralium, et metallorum; ita et nos in generatione artificial. lapidis mineralis per artificium noſtrum mirabile facimus corpora ſpiritus, et ſpiritus corpora. Et hoc eſt quod dicit Aros; Facite corpora ſpiritus, et inuenietis quod quæritis. Idem ibidem.

XXIV.

Ad huius vero Medicinæ apicem non vno veluti ſaltu, ſed per gradus quoſdam plurimis difficultatibus impeditos vix tandem patuit aſcenſus philoſophis.

XXV.

Ex multiplicitatibus enim errorum difficulter, et laborioſe coniectura et inuentione longa, experientia tædioſa, multorumque ſumptuum interpoſitione veritatem ſe collegiſſe, et Vnicam illam veramque medicinam inueniſſe teſtatur Noſter.

XXVI.

Sic igitur natæ ſunt medicinæ Trium ordinum.

XXVII.

Primà nimirum indagine, non niſi alterans leuiter, et pallians quædam Medicina inuenta fuit eaque pro im-

imperfectorum metallorum diuerſitate varia et decuplex. Et hæc dicta fuit primi ordinis, et opus minus.

XXVIII.

Poſtea curis ſecundis acceſſit vlterior elaboratio, qua maior quædam virtus et penetrantia addita medicinæ; vt non externam modo cutim palliaret amplius, ſed et profundius penetrando tingeret, nondum tamen ſatis complete. Et hæc vocatur ſecundi ordinis, et opus medium.

XXIX.

Tandem vero diuturni laboris inſtantia et magnæ indagationis induſtria inuenta eſt medicina vna vera, qua quidem durum molleſcit, et molle induratur corpus, et fugitiuum figitur, omneque fœdum illuſtratur ſplendore inenarrabili, etiam eo, qui ſupra naturam conſiſtit. Eſtque hæc tertij ordinis, et maius opus appellata. Et non diuerſificatur à medicina ſecundi ordinis in eſſentia vllatenus, niſi per ſubtiliſſimos præparationum gradus in creatione illius, et per diuturnam laboris inſtantiam.

XXX.

Scito autem, primi et ſecundi ordinis medicinas eſſe Sophiſticas et aurum producere Sophiſticum: Tertij vero perfectam, et veram, quia hæc ſola tollit de commiſto, et imperfecto metallorum, reducitque ea ad ſanitatem et perfectionem ſummam. Eſtque lapis magnus et præcioſus philoſophicus, ſummaque, et Catholica illa medicina, de qua ſola philoſophi cæteri in ſuis libris ſcripſerunt, alijs medicinis et lapidibus prætermiſſis. Noſter vero, et poſt eum Iſaacus Hollandus omnes ſimul diligenter ſatis explicarunt.

Co-

XXXI.

Cognito igitur ſic Alchymiæ ſubiecto, fine, et medijs, proximum fuerit, inſpicere fontem, ex quo media iſta ſint expromenda.

XXXII.

Huc vero te ducet conſideratio eorum, quæ maxime corporibus adiunguntur et amicabiliter ijſdem adhærent in profundo alterantia. Ex his enim elicitur medicina.

XXXIII.

Experientia vero docuit, ſpiritus corporibus magis aſſimilari, et vniri, eo quod videmus, hos magis corporibus amicari quam aliqua alia in natura.

XXXIV.

Vnde non inuenerunt antiqui, neque nos, neque etiam qui poſt nos erunt, aliquid aliud, quod vniretur corporibus; niſi ſpiritus ſolos, vel aliquod quod naturam corporis & ſpiritus in ſe contineret. Nec in vllis alijs quam in ſpiritibus vidimus adhærentiam & ingreſſionem in corporibus cum alteratione.

XXXV.

Vnde conficitur, ſpiritus eſſe corporum alterationis medicinam veram, ſiue, quod perinde eſt, ex ſpiritibus medicinam eſſe creandam.

XXXVI.

Si igitur corpora, filij doctrinæ, vultis conuertere

ſeu

ſeu tranſmutare, tunc ſi per aliquam medicinam fieri hoc poſſibile ſit, per ſpiritus ſolos contingere neceſſe eſt.

XXXVII.

Spiritus autem dicuntur, quæcunque mineralia, in igne naturam volatilem ſpirituoſamque habentia. Suntque tres principales. Argentum viuum, ſulphur, & arſenicum. Cæteri minus principales, vt Sal armoniacum, marchaſita, magneſia, Tutia.

XXXVIII.

Quæcunque igitur alterantur, ea vel per argenti viui virtutem vel ſulphuris, aut horum ſimilium ſpirituum, neceſſe eſt alterari: quoniam hi ſoli communicant & vniuntur in natura ipſis corporibus, quia ipſis magis ſunt amicabilia.

XXXIX.

Ex his palmarium obtinet Mercurius, vt qui præ cæteris magis amicabilis eſt metallis, ideóque medium coniungendi tincturas. Auicenn. Mercurius habet magis de ſpiritu, quam alij.

XL.

Non eſt enim tranſitus à contrario ad contrarium, niſi per medium diſpoſitiuum; adeoque non eſt tranſitus à mollitie argenti viui ad duritiem alicuius metalli niſi per medium, quod eſt inter molle, & durum. Facit huc illud Richardi Anglici in correctorio ſuo, cap. 15. Cum coniungere volueris corpora imperfecta cum perfectis, facias medium per Mercurium, qui diſſoluit & aperit naturas, vt ſimpliciter vnum poſſit tranſire in aliud, & perfectum vim mittere in imperfectum vt ſecum perficiatur.

Mer-

XLI.

Mercurius igitur in hac arte vtramque facit paginam. Nam & Medicina ex illo creatur, & ipſe coagulatione perficitur per Medicinam.

XLII.

Quod Medicina ex illo conficiatur, inde colligitur quoniam 1. in cæteris rebus exquirentes non inuenimus inuentione noſtra rem aliam magis quam arg. viu. corporum naturis amicari. Propterea opus noſtrum in illo impendentes, reperimus ipſum eſſe veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modice peculioſa.

XLIII.

2. Quia, vt multa ſulphuris quantitas eſt cauſa corruptionis; ſic multa quantitas arg. viui eſt cauſa perfectionis. Omne enim arg. viu. eſt perfectiuum in operibus naturæ. Eſt namque aduſtionis ſaluatiuum, quod eſt perfectionis vltimum. Ipſum ſiquidem eſt quod ignem ſuperat, & ab igne non ſuperatur; ſed in eo amicabiliter quieſcit, eo gaudens. Vnde quæcumque videmus plus ab aduſtione ſaluari, illa plus naturæ illius poſſident. Et hanc ob cauſam ea corpora quæ fœcundiora ſunt argenti viui, maioris ſunt perfectionis; quæ vero ſteriliora minoris. Id quod patet ex facili ſuſceptione argenti viui. Videmus enim corpora perfectiora amicabiliter illud combibere; alia vero corpora non videmus tantam ad illud conformitatem habere, ideo quæ minus de natura ipſius participare. Ideoquæ participant, (vt ſtannum), magis perfectioni approximare.

Idcir-

XLIV.

Idcirco & nos naturam minime mutantes, ſed imitantes, in quibus poſſibile eſt operibus, arg. ſimiliter viuum in huius magiſterio aſſumimus in cuiuſque perfectionis medicina, Solari & Lunari, tam corporum imperfectorum, quam ipſius argenti viui coagulabilis.

XLV.

Cum enim arg. viuum per noſtrum artificium fuerit mundatum & præparatum, inque ſubſtantiam puriſſimam & fulgidiſſimam redactum, adeoque in medicinam elaboratum, proiectum ſuper diminuta à perfectione corpora, non ſolum luciditate ſplendoris illorum fuſcedinem palliando celabit, teget, & in fulgorem conuertet, ſed & fixione ſua perficiet, ſuaque puritate conuertet & firmabit perfectione completa.

XLVI.

Laudetur igitur ſublimis naturarum DEVS, benedictus, glorioſus & altiſſimus, qui creauit illud deditque illi ſubſtantiam talem & ſubſtantiæ proprietates, quas non contingit ex rebus vllam in natura poſſidere, vt in illa poſſit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod, quod in illo inuenimus potentia propinqua.

XLVII.

Non ſolum autem Medicinam ex ſe ſuppeditat Mercurius cæterorum metallorum imperfectioni tollendæ, verum etiam ipſemet curari & perfici deſiderat, adeoque medicinam æque ac illa opus habet, naturæ ſuæ conueniente.

Talis

XLVIII.

Tali verò ei conuenit Medicina, quæ maxime illi in profundo eius adhæret, eique per minima commiſcetur, ante illius fugam ab igne, vt ſupra aph. 16. dictum.

XLIX.

Ex rebus ergo ei conuenientibus neceſſe eſt hanc medicinam creari.

L.

Sunt autem huiuſmodi res aut corpora omnia metallica aut ſpiritus, ſulphur puta & arſenicum.

LI.

At enim, quia nullum vidimus ex corporibus illud in ſua natura coagulare coagulatione firmâ & verâ; ſed potius ab eis ipſum per expreſſionis ignem fugere, quantuncumque fuerit ſuæ conuenientiæ: ideoque conſiderauimus nullum corpus in natura ſua, in profundo illi adhærere. Subtilioris ergo ſubſtantiæ, & liquidioris fuſionis neceſſe eſt medicinam illam eſſe, quam ipſa corpora exiſtant.

LII.

Ex ſpiritibus autem ſimiliter non vidimus, illis in natura ſua manentibus, firmam & veram fieri coagulationem illius, ſed fugitiuam, & multæ infectionis atque nigredinis, quod quidem contingit, alterum propter ſpirituum fugam, alterum vero ex terreæ & aduſtibilis ſubſtantię illorum commixtione.

LIII.

Ideoque per hæc manifeſtè relinquitur, quod ex quacumque re medicina illius eliciatur, ipſa neceſſario eſſe debeat ſubtiliſſimæ & puriſſimæ ſubſtantiæ, illi adhærentis ex natura & conuenientia ſua in profundo, & facilimæ fuſionis vel liquefactionis, & tenuiſſimæ, ad modum aquæ, ceræ, vel olei, & fixæ ſuper ignis pugnam. Hæc enim medicina ipſum coagulabit & in ſubſtantiam Solarem vel Lunarem conuertet. Ratio iſtorum aphoriſmorum eleganter diſcutitur à Roſario Toletano his verbis; Corpus non agit in corpus, nec ſpiritus in ſpiritum, eo quod forma non recipit impreſſionem à forma, nec materia a materia? Nam ſimilis non agit in ſuum ſimile, cum neutrum eorum ſit dignus altero. Nullum ergo eorum agit in alterum, quia par in parem non habet imperium. Veruntamen corpus ſuſcipit impreſſionem à ſpiritu, ſicut & materia à forma, eo quod apta nata ſunt inuicem agere & pati Corpus itaque tingit, ſpiritus vero penetrat: non tamen corpus tingit, niſi tingatur, quia ſpiſſum terreum non ingreditur propter ſuam groſſitiem: verum tenue aereum, eſt id quod ingreditur, & tingit.

LIV.

Ex quibus autem rebus maxime hæc ſubtiliſſima & puriſſima ſubſtantia elici poſſit, ſolet quæri. Et nos quidem reſpondentes; narramus, quod in quibus eſt, ex illis elicitur. Extrahere enim ipſam à re in qua non eſt, hoc ſtultum eſſet cogitare, & vanum, vt quidam fatui faciunt.

LV.

Eſt autem tam quidem in corporibus, quam in ipſo argento viuo ſecundum naturam cum vnius ſint reperta naturæ, adeoque tam in corporibus quam in ipſius

ipſius argenti viui ſubſtantia lapidis precioſi(ex argento viuo conficiendi) indagatur medicina ſed in corporibus difficilius, in arg. viuo autem facilius & propinquius.

L V I.

Non enim inuenimus aliquid illi magis conuenire quam ipſum quod ſuæ naturæ eſt. Ideoque per hoc ingeniati ſumus cum eo medicinam eius complere, quoniam naturam propriam naturam amplectitur, & ea gaudet amicabilius, quam extranea.

L V I I.

Videmus ſi quidem argentum viuum argento viuo magis adhærere eidemque magis amicari; poſt illud vero auro & argento, ex quo colligitur ipſa eſſe ſuæ naturæ magis. Non enim argentum viuum aliud, quam quod ſuæ naturæ eſt, ſuſcipit.

L V I I I.

Eſtque in ipſo ſimiliter facilis extractio ſubſtantiæ illius ſubtiliſſimæ cum iam in actu ſubtilem habeat materiam.

L I X.

Si igitur per ſolum Mercurium perficere noueris opus tuum, precioſiſſimæ perfectionis indagator eris, & eius quæ naturæ vincit opus.

L X.

Mundare enim poteris intime, ad quod natura non potuit peruenire. Et ſic per conſequens opus ex illo creabis quod omnem ſuperabit naturam, ait Roſar. abbreuiat. Toletan.

L X I.

Concluditur ergo ex dictis, quod res quæ vltimo perficit, tam in natura, id eſt, in mineralibus, quam in arte ſiue magiſterio lapidis, adeoque materia medicinæ tam corporum 4. imperfectorum, quam ipſius arg. viui coagulabilis conficiendæ nulla alia excogitari & inueniri poſſit, præter ſolam ſubſtantiam argenti viui habentem in ſe ſulphur rubeum analogum cuius gratia tincturam prebet.

L X I I.

Nam ex quacumque re Elyxir conficitur album vel rubeum, nihil tamen ibi eſt quam arg. viu. & ſulphur, quorum vnum ſine altero nihil agit, nec eſſe poteſt.

L X I I I.

Quod vero arg. viu. ſuum in ſe habeat ſulphur occultatum, vel inde pateſcit quod in ſolo argento viuo, abſque alicuius ſulphuris commixtione, eadem in medicinæ confectione, quæ in metallorum generatione accidat diuerſitas. Nam vt in mineris, ſi ſuper arg. viu. ceciderit ſulphur non debitæ diſpoſitionis, neceſſe eſt ſecundum diuerſitatem illius diuerſas corruptiones deducit. Ita in arte qualis erit mundatio & præparatio arg. viui, talis, & perfectio per illud ſequetur in proiectione illius ſuper vnumquodque imperfectorum corporum.

L X I V.

In ſolo igitur arg. viuo tota natura metallica quieſcit, quia mettallicum corpus non eſt aliud quam arg. viuum à natura ſua mutatum, & coagulatum, & iuxta ſulphuris ſibi agnati proprietatem digeſtum & informatum. Evv. Vogelius.

Quæ-

L X V.

Quæcumque autem hactenus de argento viuo, eiuſque poteſtate mirabili in perpetrandis miraculis rei vnius Hermeticæ, dicta fuerunt, caue accipias de vulgari iſto ea forma eoque habitu ſordido, quo ex officinarum loculis progreditur: ſed philoſophi ingenioſi manu induſtri expolito.

L X V I.

Non eſt enim arg. viuum perfectiuum *in natura ſua*, ad quam ipſum produxit minera ſua, ſed illud quod ex ipſo producitur per artificium noſtrum. Non eſt, inquam materia medicinæ noſtræ *in toto ſui ſubſtantia*, *ſed eſt Pars illius*, ſiue materia, quæ ex materia illius ſumpſit originem, & ex illo creata eſt. Continet ſcilicet arg viu. in ſe ſpiritum internum, viuentem & conuertentem, qui ſi de potentia ad actum promouebitur, pro ſuo illum agnoſcunt philoſophi Mercurio. Anonym. Vide ſcolia in Bernh.

L X V I I.

Habet namque argen. viu. in natura ſua duas corruptionis cauſas; vnam, terream, immundam, ſulphuream ſubſtantiam, ſine tamen inflammatione; aliam ſuperfluam inſitiuam aqueitatis ſubſtantiam. Illa ingreſſionem impedit, & ſimiliter colorem imperfectum & liuidum dat in proiectione, vnde infici omnes ſuas coagulationes neceſſe eſt: Hæc totam medicinam fugitiuam in proiectione facit.

LXVIII.

Non eſt igitur poſſibile in hoc naturaliter naturam ſequi (vt nimirum capiamus illud arg. viu. à natura ea tenus coagulatum) ſed per noſtrum artificium & ingenium perfici debet. In exterioribus enim corruptio, in interioribus perpetuitas eſt.

LXIX.

Cum enim hæc ſuperflua ei accidentaliter ſuperuenerint, & non radicaliter, expoliatio iſtorum accidentium poſſibilis eſt, ſubſtantia argenti viui, & ſulphuris radicalis permanente, quæ maioris claritatis, puritatis & fulgoris inuenitur, quam ipſa corpora naturaliter in minima perfecta.

LXX.

Si igitur volumus medicinam ex illo creare, neceſſe eſt 1. ſuperflua reſecare, hoc eſt, illud à fæculentia ſuæ terreitatis optime purgare, ne in proiectione liuidum creet colorem: ſimiliter & ipſius aqueitatem fugitiuam delere, ne totam medicinam in proiectione fugitiuam faciat.

LXXI.

2. Poſtea mediam illius ſubſtantiam diuidere ſeu ſeparare, quæ cauſa perfectionis eſt, tam in corporibus quam ſpiritibus, & de cuius proprietate eſt, non aduri, ſed ab aduſtione defendere, & quæ ſimiliter non fugat, ſed fixum facit.

LXXII.

Eſt enim humiditas metallica viſcoſa & radicalis, quæ

æ ſuper omnes eſt humiditates expectans ignis calo-n, eumque ſuperans,& amicabiliter in eo quieſcens, que gaudens. Vude & Salamandia vocatur paſſim philoſophis.

LXXIII.

Et hæc eſt ſingularis illa ſubſtantiæ huius mediæ pro-rietas diuinitus ei indita, huiuſmodi non contingit vl-im aliam ex rebus in natura poſſidere. Vide apho-iſm.46.

LXXIV.

Ac in hac nobiliſſima ſubſtantia, (quæ eſt verus & vnicus ille philoſophorum Mercurius) inuenitur perfe-ctio, quantum ad veram tranſmutationem corporum, & quidem per artificium ingenioſum. Hoc artificium ab omnibus philoſophis ſtudioſiſſime occultatur. Eſt enim ſecretum artis & clauis primaria. De hoc igitur audias omnes vno ore intonantes; Nihil de hoc magi-ſterio tibi celauimus excepto ſecreto artis, quod non licet reuelare, quia fieret maledictus in reuelatione ſecreti.

LXXV.

In nullis autem rebus melius poſſibiliuſq; hæc humi-ditas viſcoſa inuenitur, quam in his; videl. ſulphure & arſenico propinque propinquius auté & perfectius in arg.viu Horum enim humiditatem nō videmus terram ſuam poſt reſolutionem relinquere, propter fortem vnionem, quam in opere mixtionis naturæ habuerunt. (Hinc diſce, Mercurium non eſſe in aquam reſoluen-dum, & terra ſua virginea ſpoliandum. Abſque hac enim ſi foret, nulla fieret coagulatio corporis, & ſpiri-tus. Vide & Bernard. in Epiſt. ad Thom.)

LXXVI.

Quod autem arg. viu. habeat viſcoſam, & denſam ſubſtantiam, ſignum eſt contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus alijs. Sentitur enim in illo manifeſte, viſcoſitas illius per multam adhærentiam ipſius.

LXXVII.

Diuidere autem hanc mediam ſubſtantiam putauerunt quidam impoſſibile eſſe, propter fortem illius mixtionem, & vnionem naturalem. Eſt enim arg. viu. quidem, & ſulphur) vniformis ſubſtantiæ & fortiſſimæ compoſitionis. Ideoque propter nullas cauſas corruptionis ſe in partes cõpoſitionis ſuæ diuidi nõ permittit, ſed aut cum tota ſui ſubſtantia in igne permanet ſtans, aut ex igne recedit. Quia igitur hoc ex ſubtiliſſimo artificio dependet, cogitauerunt plerique, id fore impoſſibile, vid. aphor. 74.

LXXVIII.

Nihilominus tamen cum non inuenerimus ipſum ſine adminiſtratione alterationis naturæ illius mutare, inuenimus ſimiliter ipſum præparari debere neceſſario, cum non permiſceatur in profundo cum corporibus abſque illius præparatione debita.

LXXIX.

Non enim illuſtrat, niſi fulgidiſſima ex eo eliciatur ſubſtantia, cum ſui modi ingenio, & modo ſuæ operationis per ignem congruum; nec permanet impreſſio eius niſi figatur.

Per

LXXX.

Per hoc ergo patet, quod ipſi talis adhibeatur & adminiſtretur præparatio, qua fulgidiſſima, & mundiſſima ſubſtantia ex illo creetur. Deinde vero figatur cum cautela, vt argentum viuum exercitetur artificio, in adminiſtratione ignis, in modo ſuæ fixionis, quo poſſit ex illo deleri humiditas in tantum, quod ſufficiat ad fuſionem perfectam complendam. Subtiliſſima & mundiſſima iſta eſſentia maximè conſpicitur in auro, quod ex illa conflatum eſt.

LXXXI.

Non eſt enim media illa ſubſtantia perfectionis cauſa corporum vel argenti viui, niſi figatur. Quia cum non fixa ſit, licèt eius impreſſio non remoueatur de facili, non tamen ſtabiliter perpetuatur.

LXXXII.

Eſt vero argenti viui præparatio, vt demtis ſuperfluis & defectu ſuppleto, talis fiat illius ſubſtantia, quæ poſſit permiſceri ad profundum corporis alterabilis, ſine ſeparatione in æternum. Hoc autem non fit, niſi ſubtilietur valdè. Pulchrè hæc explicat Anonymus Gallus aphor. 51. Duobus perficitur philoſophica Mercurij ſublimatio, ſuperflua ab eo remouendo, & deficientia introducendo. Superflua ſunt externa accidentia, quæ fuſca Saturni ſphæra rutilantem Iouem obnubilant. Emergentem ergo Saturni liuorem ſepara, donec purpureum Iouis ſidus tibi arrideat. Adde ſulphur Naturæ, cuius granum, & fermentum Mercurius quidem in ſe habet, quantum ſibi ſufficit, ſed fac vt alijs etiam ſufficiat, &c.

Mo-

LXXXIII.

Modus igitur purificationis & præparationis commodior excogitari potuit nullus, niſi per ſolam ſublimationem. Per hanc enim ſpiritus euadunt ſplendidiores, & magis pervij, faciliuſque corporum denſitatem ſubintrant & penetrant; ſicque remota impuritate & ſuperfluitate omni relinquitur pars illa, quæ in æqualitate conſiſtit, id eſt, Media illa ſubſtantia.

LXXXIV.

Ne ſis ergo in mundatione illius, quæ per ſublimationem fit, negligens, quoniam qualis erit mundatio, talis & perfectio per illud ſequetur. Apertius & clarius vix quiſquam rem totam explanauit Euvaldo Vogelio, qui in aureo ſuo libro de lapid. phyſici conditionibus ſic ſcribit: Præparatio huius ſpiritus eſt ipſius ſubtiliatio, quæ per multiplices deſtillationes perficitur, donec ſplendorem & cryſtallinam conſecutus ſit ſerenitatem. Cum requirunt perſpicuitatem cryſtallinam philoſophi, non actu, ſed potentia talem volunt, cum poſſit in talem liquorem verti Mercurius, id quod tamen non petitur in hac arte. Non igitur aliter debet perſpicuus eſſe, quam ſpeculum purum cœleſte. At hoc non eſt ita perſpicuū, vt tranſmittat imagines: Sic enim non eſſet ſpeculum, quippe quod eas debet terminare & collectas reddere. Perſpicuitas igitur talis nihil aliud eſt, quam nitor vt quidam ſumme purus. Hinc liber, aureola dictus, monet, Non eſſe laborandum in diaphanitate Mercurij, id eſt, vt reducatur in aquam claram tranſparētem, vt quidem multi coqui faciunt. Quia ſi Mercurius fuerit reductus in talem aquam, operi noſtro inreſtringibilis erit, nec fixabitur, nec colorabitur. Lullius in codicillo: Aqua deſtillatur ad perfectæ ablutionis ſignū, quod eſt ſplendor tranſparens & fulgens, vt cryſtalli ſerenitas. Qui ad hoc ſignum peruenerit, Mercurium habet philo-

loſophorum, omnia corpora ſoluentem præcipuè So-, & Lunæ, ob naturæ vicinitatem. Qua de cauſa ſubtas ſpiritus illorum denſitatem faciliùs penetrat, & inna corporum ſubiens illa emollit, & tandem in Mercurium currentem conuertit, putrefactione conuenienpræmiſſa. Sapienti ſatis ſuperque. Nec omittendum l. fuerit, quod opportunè monet P. Bonus in precioſa margarita cap. 10. Totum opus duabus abſolui operationibus: prima fit cum manibus, eſtque primus gradus operis, qui fit per ſublimationem & mundationem. ecunda fit cum requie, & abſque labore aliquo (de qua oquitur Bernh. in parabola, cum ait ſe non multum habuiſſe laboris.) eſtque ſecundus gradus operis, quod fit er fixionem, & permanentiam eius quod ſublimatum & mundatum eſt: quia tunc agens, cùm introducit formam, imponit finem operi, & quieſcit, & delectatur.

LXXXXV.

Præparetur itaque modo iam dicto cum diuturni laboris inſtantia, quo omnis illius ſubſtantia puriſſima, alba quidem in Luna, citrina vero intenſa in Sole aquiratur perfectè.

LXXXVI.

Vtramque namq; tincturam ſuppeditat Mercur. tam Solarem quam Lunarem, Arnoldus in ſpeculo: Totum magiſterium ex vna ſola re conſiſtit, & illa ſola res perfecta eſt ad album & rubeum.

LXXXVII.

Si enim directè ſublimando mundaueris & perfeceris illum, erit albedinis tinctura vera & firma, cui non eſt par. Nota igitur, quod benè monet Arnoldus, ex Mercurio ſolo per ſe tantum Lunarem tincturam confici, & ſecundùm Alb. M. ex eodem ſumi fermentum, quippe quod nihil aliud eſt, (in hac quidem operatione) quàm

Mer-

Mercur. coctus potatione & cibatione, vt ait Anon.

LXXXVIII.

Eſt quoque tinctura rubedinis, exuberantiſſimæ perfectionis & fulgidi ſplendoris, & non recedit à commixto donec eſt.

LXXXIX.

Vt verò colorem citrinum creet, non completur ſine additamento, ſeu mixtione rei tingentis, quæ res eſt ſuæ naturæ. Cùm enim ſulphur eius ſit tenerum nimis, & debile, non ſufficit, niſi iterum ſulphur addatur. Vid. Bonum & Libau.

XC.

Res autem hæc nulla eſt alia præter aurum, quippè cuius prima radix fuit multa argenti viui quantitas, & puriſſima illius eſſentia, ac ſubtiliſima priùs; poſtea verò inſpiſſata, donec cum ignitione fuſionem ſuſceperit; Necnon ſubtiliſſima ſulphuris materia, fixa, claræ rubedinis, & non adurens, ſed omne corpus illuminans, & clarificans atque figens.

XCI.

Et hoc additamentum citrinantis coloris, qui à ſulphuris fixi mundiſſima ſubſtantia perficitur, differentiam facit inter vtramque tincturam. Solaris enim id in ſe continet, Lunaris verò non.

XCII.

Quamuis autem duplex ſit tinctura, ſiue lapis alius ad rubeum, alius ad album; Eſt tamen in eſſentia vnus lapis, & vna tinctura, & agendi modus ſimiliter. *Anon.* Licèt ſint duo in numero, ſunt tamen vnum in ſpecie.

Ma-

XCIII.

Manifeſta igitur probatione, & aperta concludimus, Lapidem noſtrum nihil aliud eſſe, quam ſpiritum fœtentem & aquam viuam ſeu ſiccam, per naturalem decoctionem & per veram proportionem mundatam & vnitam, vnione tali, vt nihil illi adeſſe vel abeſſe poſſit: Quibus addi debet tertium, ad opus abbreuiandum, hoc eſt, corpus perfectum attenuatum. Hic tu ne putes, tres eſſe in magiſterio ſubſtantias, ſed duas tantum. Spiritus enim fœtens ſeu ſulphur non eſt quippiam diuiſum, aut ſeparatum ab aqua ſicca, ſeu Mercurio; ſed eſt purus ignis occultus in Mercurio, vt Bernh; Hic namque in ſe habet proprium ſulphur, quo in aurum coagulatur. Cum vero ſulphur iſtud ſit imperfectum, & longiſſimo tempore elaboretur à natura, ideo, vt tempus cōpendifaciāt, addūt ei ſulphur perfectum philoſophi, tanquam ſemen maſculinum, vt ex eo ſulphur argenti viui perficiatur. Et ſic, quod natura in 1000a. nnis vix præſtare potuit, ars cum natura anno perficit. Ad generationem igitur lapidis duo ſemina ſeu ſulphura requiruntur, fœminium & maſculinum. Illud Mercurio crudo & imperfecto inſitum naturà eſt; hoc cocto & perfecto ſulphuri. Ex illo ritè præparato pol citur Fontina, in qua lauatur Rex metallicus; ſeu Azoth, qui igne adminiculante abluit latonem. Rem totam viuis quaſi coloribus expreſſit & repræſentauit in tabula ſua Hermes, quæ his concepta verbis legitur apud Bernh. l. 1. Res eſt vera, certiſſima, & ſine fallacia, quod ſublime eſt de natura infimi, & aſcendens eſt de natura deſcendentis. Coniungite illos vna via & vna diſpoſitione. Sol rubeus eſt pater, & Luna alba eſt mater, & ignis eſt regimen. Facite craſſum ſubtile, & ſubtile craſſum, & ita habebitis gloriam mundi, & totum veſtrum optatum. Quid vero ſit ſuperius & inferius docet Nollius, his verbis: Differunt Mercurius & aurum accidentaliter; Inter metallica enim corpora aurum eſt ſummè purum, & ſummè digeſtum; argentum vero viuum eſt impurum, & ſum-

& ſummè indigeſtum inter eadem. Vnde dicitur inferius corpus; illud ſuperius. Sed ſuperius eſſe ſicuti id quod inferius, & inferius eſſe ſicuti id quod eſt ſuperius: Hermes pater philoſophorum ſatis perſpicuè in tabula ſua ſmaragdina docuit.

X C I V.

Summa igitur intentionis totius operis per diuerſa capitula ſparſæ hæc eſt, vt 1. ſumatur lapis in capitulis notus, id eſt, Mercurius, interprete Alberto M. 2. aſſiduetur ſuper ipſum (vaſi vitreo incluſum cum alembico cœco) cum operis inſtantia labor ſublimationis primi gradus, vt mundetur perfectiſſimè lapis, (Mercur.) ſiue ſolus pro tinctura lunari, ſiue cum additamento ſuo, pro ſolari, donec in vltimam ſubtilitatis puritatem deueniat, & vltimo volatilis fiat 3. Volatile cum fixionis modis figatur, donec in ignis aſperitate quieſcat 4. Fixum cum modis ſublimationis rurſum volatile fiat, & iterato volatile fixum quouſque fluat & alteret in complemento ſolifico & lunifico certo. Ex reiteratione enim præparationis reſultat multiplicationis, bonitatis, alterationis diuerſitas, &c. Hinc quidam: O quanta ſpes in operationis reiterationibus! quælibet enim reiteratio efficit operationem ſublimiorem.

NOTA. Omnes philoſophi ſcribunt, totam lapidis præparationem, & confectionem in ſola ſublimatione conſiſtere. Ea vero duplex eſt, Vulgaris, quam ſupra ſuo loco deſcripſi: & philoſophica, quæ huius loci propria, & inſeruit Mercurio tum mundando, tum perficiendo 1. Enim cum Mercurius præparatur per ignem ſuæ tolerantiæ, tunc ex continuitate ignis, naturæ conuertuntur in ipſo, & pars ſubtilior ſeparatur in vas ſuperius, ita vt tota puriſſima ſubſtantia Mercurij eleuetur, terreſtreitate relicta; quæ vt fex in fundo reijcienda. Et talem modum laborandi tenentes, ad lapidem noſtrum nihil addimus, neq; minuimus, ſed tantum ſuperflua remouemus 2. Mercurius ſic depuratus nouo vitro inditus porro ſublimationis vires experitur, quæ tunc nihil aliud eſt quā

ſub-

ſubtiliatio,& omnes alias ſub ſe complectitur operationes, teſte Arnoldo, in ſpeculo: Scias quod omnes operationes, nempe putrefactio, ſolutio, calcinatio, coagulatio, fixio, ſint in ſola ſublimatione, & fiunt in vno vaſe, & non in pluribus vaſis, quemadmodum in ſola ſublimatione ſunt 7. operationes, quas poſuimus in noſtro libro, &c. Etſi enim Mercur. ſiue naturalis, ſiue corporum perfectorum, ſit fortiſſimæ compoſitionis, tamen per continuationem ignis ſemper aliqua pars ſeparatur per ſubtiliationem ab alia, in modum quaſi vaporis & iſtud, quoniam non poteſt in vaſe reſpirare, inſpiſſatur, iterumque deſcendit, & mediante debito ignis regimine, videlicèt lento, vt intentio operationis requirit, aliquam aliam partem tunc ſubtiliorem ſecum eleuat, donec totum opus compleatur. Et hæc omnia fiunt cum vno lapide, vno vaſe, vno igne, ipſa etiam reiteratio ſublimationis, quam vrget noſter. Nulli enim debet dubium eſſe, quin parte ſic per ſolam ſublimationem fixa & calcinata per aerē ū ignem eadem pars propter plures, non fixas iterum ſubtilietur, iterum figatur, & iterum ſublimetur, ad præciſam ipſius libri intentionem, quod optimè differit Alb. M. de concord. philoſoph. Cui atteſtatur Thomas Aquin. Lapis noſter (Mercurius) cum fuerit in ſuam primam naturam, in primam aquam, vel lac virginis, vel caudam Draconis ſemel ſolutus; tunc ipſe lapis ſeipſum calcinat, ſublimat, diſtillat, reducit, lauat, coagulat, & virtute ignis proportionati ſeipſum perficit in vnico vaſe, ſine alterius manuali operatione. Et hæc eſt maior intentio philoſophorum in iſta arte veritatem ſcribentium, ſecundum Albertum Eſt vero hæc via longa & tædioſa, & vix biennio aut triennio abſoluitur; Hinc Phœnix Continuetur ſemper ignis abſque diuortio, donec arg. v. ſiccum ſit, quod fiet in duobus annis. Et Lullius: Totus naturæ curſus eſt duorum annorum. Ergo patientia & mora neceſſaria ſunt in opere noſtro Sunt tamen & aliæ viæ ad eundem effectum tendentes; vna tamen propinquior, & perfectior altera, vt ait noſter.

Hoc

XCV.

Hoc itaque ordine complectur arcanum precioſiſſimum quod eſt ſuper omne huius mundi ſcientiarum arcanum, & theſaurus incomparabilis. Et tu quidem exerciteris ad illum cum laboris inſtantia maxima; & cum diuturnitate meditationis immenſę. Cum illa enim inuenies, et ſine illa non.

XCVI.

Sed et illud addendum, quod monet noſter, in lapidis compoſitione artificem, auri naturalis ſtructuram tamquam exemplar quoddam ſibi debere proponere, vt quæcumque voluerit alterare, ad huius imitationem alteret.

XCVII.

Sicut enim 1. aurum corpus eſt citrinum, æqualiter à natura mixtum, vnitum, inque ventre terræ digeſtum: ita quicumque metallum aliquod radicitus citrinat, et ad æqualitatem perducit, ex omni genere metallorum aurum facit.

2 Vt aurũ ex ſubtiliſſima et puriſſima Mercurij et ſulphuris ſubſtantia conſtat; ſic in lapidis factura nihil eſt, niſi arg.v. et ſulphur ſufficienter et legitimè depuratum.

3 Quidem in auro maior eſt arg.v. quantitas quã ſulphuris, ita tu ſtudeas, fili chariſſimè, in omnibus tuis operibus arg.v. in commixtione ſuperare ſulphur.

4 Vt aurum in prima ſua creatione habuit partes ſubtiles et fixas, ex quarum condenſatione accepit pondus: Eodem modo lapis ex fixo et volatili componitur.

5 Veluti per multam in minera & temperatam decoctionem facta eſt ex illo paulatiua reſolutio, et inſpiſſatio bona, in vltima mixtione, vt cum ignitione liqueſcat: Pari ratione, Mercurius per ſucceſſiuam illius iterata vice ſublimationem, per ignem temperatum, figitur, et fuſionem dat metallicam bonam.

Porro

XCVIII.

Porro Medicina ſeu tinctura phyſica perfecta ſeptem inſignita ſit proprietatibus neceſſe eſt, quarũ 1.eſt Oleaginitas mineralis, dans in proiectione ſubitam & vniuerſalem fuſionem.

2 Materiæ tenuitas ſeu ſubtilitas ſpiritualis, ingreſſum habens, & penetrans in profundum rei alterabilis.

3 Affinitas inter Elyxir & rem tranſmutandam, dans adhærentiam & retentionem.

4 Radicalis hic humiditas viſcoſa & ignea, congelans & conſolidans partes retentas, cum adhærentia ſui ſimilis, vnione omnium partium inſeparabili in æternũ.

5 Puritatis claritas mundificatiua, dans ſplendorem eminentem, à combuſtione conſeruans, nec adurens.

6 Terra figens, ſubtilis, fixa, incombuſtibilis, dans fixionis permanentiam & preſeruantiam in igne.

7 Tinctura, dans colorem ſplendidum et perfectum, album vel rubrum: ſeu colorans materiam conuertibilem in verum argentum vel aurum.

XCIX.

Vltimo medicina perfecta, ſeu Lapis examinari debet vtrum ſit verè completus, et proiectionem faciat legitimam nec ne, idque per artificia docimaſtica, quorum nouem recenſentur: Cineritium, cementum, ignitio, fuſio, ſuper vapores acutorum expoſitio, ſulphuris adurentis commixtio, extinctio, calcinationis et reductionis iteratio, arg.v. facilis aut difficilis receptio.

C.

Centuriam compleat, et colophonem addat Elogium illud luculentum, Mercurio, multorum iniquâ et imperitâ cenſura damnato et proſcripto, tributum à doctiſ-

ſim. Libauio, Syntagm. lib. 7. cap. 27. de arg. v. ſublimato, quod hunc in modum ordirur.

Multa ſunt in arte chymica admiratione digna, ex quibus ſapientia, potencia, gloriaque Dei inſigniter elucеſcit, vt naturæ circa nos interior virtus, poteſtaſque recondita conſpici poteſt. Sed inter omnia vix eſt mirabilius artis opus quam id quod iam tractandum ſuſcipimus (ſublimationem puta) propter vires effectaque & compoſitionem ſingularem, in qua aqua illa viua ponderoſa, amica metallis, per ſe impura, immo ventus ille admirabilis, qui nihil habet ſibi in natura minerali conferendū, quaſi Gorgone conſpecta, nihilominus ſeruato pondere ſuo, in lapidem tranſmutatur, qui puritate et perſpicuitate ſui cum quouis cryſtallo certans, poteſtate vero nihil ſibi comparandum inuenit. Eſt ſummum vitæ venenum poſtquam eſt interfectus, ſed non minus etiam ſummum contra venena remediū ſecum habet, atque adeo fieri poteſt omnium morborum ſanabilium vnicum remedium. Ignis in hoc lapide eſt abſtruſus, mirabilium operum procurator admirabilis. De cuius vi ſi videantur omnia dicta eſſe, tamen adhuc reſtant longè plura, perſuaſumque eſt, in hac vita non poſſe nec explorari nec enarrari omnem eius poteſtatem. Vt ſatius ſit hanc creaturam Dei gratis animis accipere et prædicare in ea creatoris ſapientiam quam plenam notitiam eius ſibi polliceri.

Et Commenr. Alchem. part. 2. l. 1. de natura metallorum: Mirabilis eſt argenti viui natura, adeo vt Fallopius id cum magnete, et purgantibus medicamentis, in miraculis Naturæ habuerit. Et paulò poſt: Nihil tam anxiè, tamque ſtudioſè à chymicis perquiſitum eſt, quàm eius natura, et coagulatio metallica; aut ſaltem fixio et tinctura, quod in ipſo ſit omnis ſpes tranſmutationis metallorum. In quo oraculo, vnanimi philoſophorum conſenſu approbato

F I N I S.

Digitized by Google

DE
ALCHEMIA
DIALOGI
DVO.

* * *

Quorum prior, genuinam librorum Gebri ſententiam de induſtria ab authore celatam, & figurato ſermone inuolutam retegit, & certis argumentis probat.

Alter, Raimundi Lulij Maioricani, myſteria in lucem producit.

Quibus præmittuntur propoſitiones centum viginti nouem, idem argumentum compendioſa breuitate complectentes, ex Tuſcanico idiomate traductæ.

EXPOSITIO LIBRORVM GEBRI. ET RAIMVNDI LVLII.

Centum viginti nouem propoſitiones Gebri ac Lulij, libris rectè intelligendis conducibiles, incerto autore.

1.

GEBER ingenioſe ſuos libros conſcripſit, ſermone tali, qui prudentes minimè lateret, mediocribus profundiſſimus eſſet: ignorantibus autem & imperitis vtroſque terminos irreſerabiliter concluderet, vna & eadem traditione.

2 Vili precio ad finem perducitur peratio hæc.

Principia naturæ etiã huius magiſterij principia ſunt.

Qui non habuerit ingenium naturale, & animam erſcrutantem ſubtiliter principia naturalia, & naturæ undamenta, & artificia, quæ conſequi naturam poſint, in ſuæ actionis proprietatibus, non inueniet huius precioſiſſimæ ſcientiæ veram radicem.

Principiorum naturalium metallorum, triplex eſt ifferentia. Sunt enim quædam remotiſſima, quædam emota, ſiue media mineralia, alia vero immediata.

Omnia metalla ex ſulphure & vitriolo generantur.

Argentum viuum, & ſulphur commune, non ſunt rincipia metallorum.

Materia prima, in hac arte ea dicitur, quæ proximè ccedit ad naturam metallicam.

Vitriolum proximè accedit ad naturam metallicam,

quia ſulphureum eſt, & in ſe habet virtutem mineralem, vt conuertatur in metallum.
10 Virtus mineralis, generandi metalla, eſt in ſulphure loto, ſine quo metalla nunquam generari poſſunt.
11 Hæ res, quæ naturam ſalis & aluminis habent, tantummodo ſolubiles ſunt.
12 Ex vitriolo ſoluto duplex fumus reſoluitur, & hi duo fumi à Philoſophis Sulphur & Mercurius dicuntur.
13 Sulphuris ſpecies, in metallis virtutem proximam acquirunt metallationi.
14 A metallis imperfectis diuerſa vitriola accipimus, nobis & vtilia, & neceſſaria.
15 Species ſulphuris præparatæ, aptiſſimæ res ſunt, vt ipſorum argentum viuum, in Mercurium, aurum, ſiue argentum conuertant.
16 Quando vapores exhalantes cadunt in certam terram rubram conuertuntur in argentū viuum cōmune.
17 Quum duplex fumus, penetrando per ſaxa, ſulphur inuenit, ipſum ſoluit. & ipſi commiſcetur firmiter, & per ſucceſſiuam decoctionem in minera, conuertitur in metallum.
18 Omnia metalla, ex eadem & ſimili materia generantur. Diuerſitas autem inter ipſa; procedit ex diuerſitate loci mineralis, & ex diuerſis accidentibus, & contrarietate ſulphuris loti, & diuerſa digeſtione.
19 Omnia accidentia, materiæ radicali ſuperuenientia, poſſunt remoueri, facturi verum elixir, quod metallum eſt plus quàm perfectum, neceſſe eſt, illud fieri ex proprio ſemine naturæ.
20 Elementa lapidis Philoſophorum, naturam propinquam, conuertendi ſe in metallum, adepta ſunt, quòd elementis aliarum rerum minimè conuenit.
21 Vitriolum commune, principiū remotū eſt ab arte.
22 Principia artis, non ſunt in rebus vegetabilibus, ſiue animatis, neque in his rebus, quæ ab his ſumuntur, quia aliena ſunt à natura metallorum.
23 Sulphur, & argentum viuum commune, non ſunt principia naturæ, ergo neque artis principia erunt.
24 Sul-

4 Sulphur ſolum non poteſt generare neque metallum neque elixir.

5 Qui ita nouerit præparare ſulphur, vt metallis commiſceri & vniri poſſit, maximum naturæ ſecretum tenebit, & viam breuem perfectionis ingreſſus eſt.

6 Elixir fit duobus modis, vel per calcinationem & ſolutionem, & ſine calce & diſtillatione.

7 Argentum viuum, ſuis ſulphuribus coniunctum, & coagulari & fixum reddi poteſt.

8 Argentum viuum cum folijs herbis non redditur fixum.

9 Noſtrum argentum viuum, ſiue Mercurius noſter, ſal eſt, virtutem habens veræ calcis.

0 Mercurius, ſiue argentum viuum metallorum, per calcinationem conuertitur in ſal.

1 In corporibus metallicis ſunt duæ ſulphureitates.

2 Noſtrum arſenicum, ſulphure & argento viuo participat, quare Hermaphroditon appellant: attamen per ſe non poteſt metallum aut elixir generare.

3 Tutia fumus albus eſt, noſtri Iouis, propterea cupro colorem citrinum inducit.

4 Sulphur & argentum viuum redduntur fixa, per conuerſionem in terram, & ſine hac conuerſione.

5 Sulphur cum ſuo ſale & aceto calcinatur & lauatur.

6 Noſter Iupiter & Saturnus ſalia ſunt ſimul iuncta, ante diſtillationem.

7 Sulphur in præparatione plures res ſupra ſeſe pelliculas creat.

8 Sub Marchaſitæ nomine, Geber de lapide Philoſophorum loquitur.

9 Vaſa putrefactionis, & præparationis ſulphuris, ſimilia ſunt & eadem, hoc eſt, in fundo plana.

0 Artis principia inueniuntur in metallis.

1 Elixir, & lapis Philoſophorum, vegetabiles & animales, & minerales ſunt.

2 Neceſſarium eſt, vt inueniatur medicina metallica, quæ imperfecta metalla tranſmutare poſſit in verum aurum & argentum.

43 Metalla perfectiſſimè tranſmutari poſſunt, vnum in alterum.

44 Ars plerumque vincit naturæ operationem.

45 In vno ſolo lapide, conſiſtit totum magiſterium huius artis.

46 In generatione metallorum & elixir, ſulphur ſemini paterno ſimile eſt: Argentum viuum vero fœmineo menſtruo.

47 Lapis Philoſophorum, habet in ſe omnem naturalem præparationem, & totum hoc, quod ad perfectionem requiritur.

48 Elixir, aurum potabile, quinta eſſentia, & ſemen, ex eadem materia fiunt.

49 Opinio quorundam, qui elixir fieri volebant ex auro communi.

50 Elixir ex auro communi fieri non poteſt, quia ipſius ſulphur iam ad vltimam, permanentemque tincturam peruenit, & ipſius tinctura hoc non excedit, quod ſibi neceſſarium erat. Propterea aurum & completum & determinatum dicitur, neque (vt maximè neceſſarium erat) debitè ad primam materiam reduci poteſt.

51 Humidum radicale, in cæteris metallis æque virtuoſum, incorruptum & incombuſtibile eſt, vt auri.

52 In lapide Philoſophorum, aurum & argentum ſunt in potentia & virtute.

53 Per corpora perfecta Geber ſulphuris præparati ſpecies intelligit.

54 Aurum Philoſophorum & aurum potabile, ſulphur ſubtiliſſimum radicale ſunt, quod anima dicitur.

55 Fumus albus, in ſuo ventre fumum rubrum portans, eſt vera quinta eſſentia.

56 Quinta eſſentia, actu nullam qualitatem habet elementalem.

57 Aqua vitæ Philoſophorum, è lapide Philoſophorum deſcendit.

58 Sulphur, mediante igne, dulcorat aquam amaram.

59 Cœlum noſtrum ornari debet Sole noſtro, & ſtellis.

60 No-

60 Noſtra quinta eſſentia, varijs nominibus appellatur pernicioſorum & ferocium animalium, vt vrſi, leonis, & ſimilium.

61 Aquæ coagulantes, & figentes duæ ſulphuris ſunt ſpecies, Veneris, & Martis nomine deſignatæ.

62 Vitri nomine in iſta arte ſæpe ſulphur intelligitur.

63 Differentia eſt inter coagulationem quintæ eſſentiæ, & fixum elixir. Operantur enim diuerſos effectus.

64 In medicina notabili pars animalis habetur.

65 In omni metallo ſingula Philoſophorum metalla continentur.

66 In iſta arte neceſſe eſt, occultum manifeſtari, & manifeſtum occultari.

67 Cum præcipitur, corpora in aquam eſſe reſoluenda, intelliguntur ſpecies ſulphuris.

68 Præter ſulphur, & argentum viuum, non ſunt alia Philoſophorum metalla.

69 Ars imitatur naturam in multis rebus.

70 Sulphur rubrum, vt vinum, quando calcinatione nigreſcit, nigrum nigro nigrius dicitur.

71 A colore nigro ad albedinem, multi, & varij colores apparent in ſulphure.

72 Elixir primo fit nigrum, ſecundo dealbatur, poſtea colorem citrinum aſſumit, vltimo vero rubrum.

73 Elixir coagulatur in forma oui.

74 Nigredo durat quadraginta dies.

75 Veteres ſub velo fabularum poeticarum occultauerunt hanc artem.

76 Sub fabula Herculis & Anthei, ocultauerunt pręparationem ſulphuris.

77 Dixerunt veteres, Iouem ſeſe conuertiſſe in pluuiam auream, hac fabula occultantes diſtillationem auri Philoſophici.

78 Per Argi oculos, in Pauonis caudam conuerſos, ſignificarunt noſtrum ſulphur, quod de colore in colorem mutatur.

79 Sub Orphei fabula, occultauerunt dulcedinem quintæ eſſentiæ, & auri potabilis.

Si

80 Si Empedocli credimus, occultauerunt veteres totam huius artis praxin, ſub fabula Pirrhi, & Deucallionis.

81 Sub fabula de Gorgone, qui omnes ſe conſpicientes in lapides conuertebat, occultauerunt fixionem elixir.

82 Diſtillationem occultantes dixerunt, Iouem conuerſum in Aquilam, ſubuolaſſe cum Ganymede in cœlum.

83 Sub fabula Dædali & Icari, putrefactionem & diſtillationem occultauerunt.

84 Diſtillationem auri Philoſophorum, occultauerunt, dicentes, ramo aureo exciſo, alium ſtatim ſubnaſci ſimiliter aureum.

85 Hanc diſtillationem occultauerunt etiam, dicendo, Iouem patris ſui Saturni genitalia exciſiſſe.

86 Aqua Mercurialis currus eſt Phaethontis.

87 Per Mineruam armatam, intellexerunt eam aquam diſtillatam, quæ partem habeat ſubtiliſſimi ſulphuris, quod ſulphur ferrum dicitur.

88 Per Vulcanum, qui Mineruam ſequitur, ſignificatur ſulphur, quod hanc aquam ſequitur, & ſuum ſal in putrefactione.

89 Per nubem ſpiſſam, cum qua Iupiter circumdedit Io, ſignificatur pellicula in coagulatione elixir apparens.

90 Pelliculæ nigræ, apparentes in calcinatione ſulphuris, ſunt vela nigra, cum quibus Theſeus redit Athenas.

91 Sub nomine dilluuij, & generationis animalium, deſcripſerunt diſtillationem, & generationem ſulphuris.

92 Per Martem ſignificarunt noſtrum ſulphur, & per Iunonem elementum aeris, & interdum elementum terræ.

93 Per Latonam, in Delo inſula compreſſam à Ioue, ſignificauerunt noſtrum æs, quod in bocciam po-

poſitum, Solem & Lunam generat, præparationem ſulphuris occultauerunt, dicentes, Vulcanum propter deformitatem deiectum in inſulam Lemnon.

94 Atalantas, hoc eſt aqua noſtra velociſſima, & leuiſſima, cum ſulphuribus, & coagulatur, & firmatur.

95 Boli, quibus Theſeus ora Minotauri inuiſcauit, ſunt ſulphuris ſpecies. In Labyrintho, hoc eſt, in noſtro vaſe, ſiue boccia, aquam mercurialem inuiſcantes.

96 Per Phœnicem, qui ſemper reuiuiſcit, intellexerunt multiplicationem elixir.

97 Sub nomine & fabula Demogorgonis, occultauerunt materiam & praxim huius artis.

98 Chaos veterum, eſt noſter Saturnus.

99 Elixir ex argento fieri non poteſt.

100 Elixir fit ex metallis imperfectis.

101 Metalla imperfecta, media mineralia ſunt.

102 Opinio illorum, qui elixir ex plumbo communi faciebant.

103 Opinio quorundam, elixir ex ſtagno faciendum affirmantes.

104 Elixir neque ex ſtagno, neque ex plumbo communi fieri poteſt, cum ſint immunda in radice.

105 Primus ordo præparationis eſt, ſecundus eſt fixionis, tertius verò multiplicationis elixir.

106 Ex fecibus aduſtis extrahitur Mercurius noſter, cum quo multiplicatio fit.

107 Cuprum & ferrum commune, in eorum radice pura, & munda ſunt.

108 Elixir fieri non debet ex cupro communi.

109 Noſtri cupri minera ſal eſt, dictum Saturnus.

110 Opinio, elixir fieri non poſſe ex ferro communi.

111 Ex traditione Gebri, & omnium Philoſopho-

rum

rum probatur amplius ; elixir fieri ex ferro communi.

112 Vas diſtillationis Mercurij, ſimile eſſe debet tabulæ planæ, aut paruæ concauitatis.

113 Elixir fit ex ferro communi, quod hoc plus ſulphuris fixi habeat præ ceteris mettallis, & quod ſui ſpiritus virtuoſiores ſunt, & quòd ſua terreſtreitas ab eo facile ſeparetur, & facile ad materiam primam reducatur, & quod ipſius ferri Mercurius præparatus, ſuum ſulphur melius à combuſtione defendat, & quòd hoc incompletum ſit, & medium minerale, in quo extrema in virtute continentur, & quòd minera ſit auri philoſophici.

114 Antiqui Philoſophi per varia ænigmata & ſimilitudines ſignificarunt, elixir ex ferro componi.

115 Ferrum, hominem dixere veteres, quod habeat animam, corpus, & ſpiritum.

116 Ferrum generatur in terra ſpecialiter per virtutem ſtellæ pollaris.

117 Lapis ille, qui vili precio venditur, ferrum eſt, ſi cæteris metallis comparaueris.

118 Ferrum vegetabile dicitur.

119 Fit elixir ex lapide viliſſimo.

120 Lapis viliſſimus Philoſophorum vegetabilis, animalis & mineralis eſt.

121 Elementorum ſeparatio.

122 Ferri ſpuma, quæ à fabris ferrarijs abijcitur, viliſſimus lapis Philoſophorum eſt.

123 Humidum radicale, metallorum igne non aduritur.

124 Ex ſcriptis Gebri probatur, ſpiritus ex calce ferri ſublimandos eſſe.

125 Calx ferri, ignis vehementiâ conuerſa in naturam vitri coloris quaſi viridis, aut cœleſtini obſcuri, ſiue ſaphirini obſcuri, virtuoſiſſimus Philoſophorum lapis eſt.

126 Vitrum hoc, humidum radicale ferri eſt, varijs Philoſophorum ſententijs probatur, ladidem

Philo-

Philoſophorum igne non aduri ?

127 Ferrum à multa terreſtreitate mundificatur, cum in natura vitri reducitur.

128 Veteres Philoſophi conuertebant vitrum in naturam metallicam.

129 Vitrum eſt maior lapis vilis, repertus, & famoſus, &c.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

DIA:

Digitized by Google

DIALOGVS PRIMVS, VERAM ET GENVINAM LIBRORVM GEBRI SENTENTIAM EXPLICANS.

DEMOGORGON. GEBER.

DEM. Salue magni Machumetis ſapientiſsime nepos.

GEB. Saluum te aduenisſe gaudeo. Sed quæ cauſa eſt tam longinqui itineris?

DEM. Naturalis & innata cupiditas indagandi, & cognoſcendi profundiſſima naturæ ſecreta, quæ diuina mente abditiſſimis naturæ arcanis eruta, per te doctè quidem & ingenioſè litteris tradita ſunt. Tanta vero ſermonis obſcuritate conſcripta, vt etiam poſt grauiſſimos labores, & ſingularem ſtudiorum aſsiduitatem, ad verum ſenſum penetrare, & animi tui intentionem colligere haud poſſim. Quamuis multum temporis, ad virilem vſque ætatem, bona ex parte, in his rebus conſumpſerim, & in euoluendis tuis ſcriptis ferè XXXV. annos tranſegerim: Quare iam olim apud me conſtitutum erat, orbem terrarum mihi peragrandum, vt tandem obueniret vir ſapiens, qui hanc diuinam, ſecretiſſimamque naturalis Philoſophiæ partem ita teneret, vt me facile tam profundæ cogitationis poſſet facere participem. Verum in hac mea peregrinatione infinitos artifices audiebam, temerario auſu affirmantes: ſe intentio-

nem tuam, & veriſſimum ſenſum tuorum ſcriptorum ad vnguem cognouiſſe, præter laborem tamen & graue diſpendium nihil penitus conſecutos, omnem culpam in te reijcientes. Ego vero ex ſingulari amore erga te, quem ſemper colui reuerenter, & magni feci, & famam & honorem tuum defendere non dubitaui, contra imprudentiſſimorum detractatorum futiles ac inanes oblocutiones & morſus. Sciebam enim, te cæteris omnibus, qui hanc ſubtiliſſimam ſecretioris Philoſophiæ partem aggreſſi ſunt, cum apud veteres, tum recentiores, ab omnibus veræ Philoſophiæ ſtudioſis præferri. Inde captus ſummo deſiderio viſendi te,& coram de hiſce rebus differendi, meum iter ex Italia, huc in Perſiam deflexi, maxime, vt apud te impetrarem, vt me in conſortium & numerum tuorum diſcipulorum recipere non recuſares. Tantum enim apud me diſcendi amor, & ſtudium præualuit, vt neque itineris longinquitas, neque tot pericula ſubeunda, abſterrere me poſſe viderentur, ſed fortiter hæc contemnenda putarem.

GEB. Petis ſanè honeſta, deſideriumque tuum generoſi animi certiſſimum indicium eſt. Quare non grauabor, te & in diſcipulorum & amicorum à eorum numerum recipere. Feceris autem rem haud ingratam mihi, ſi eorum rationes, qui vanis oblocutionibus meæ æſtimationi detrahere ſtudent, indicaueris.

DEM. Exorta eſt ſæpe grauis verborum concertatio inter nos, ſceleratoſque tuæ famæ & nominis detractores, qui te accerbe accuſabant & vituperabant, ex ſcriptis tuis ſedeluſos, & deceptos, ſupplantatoſque prædicantes, quod in hanc ſententiam, in procemio libri ſummæ perfectionis, ſcripſeris: Per Deum, qui ſecundum hunc librum operatus fuerit, verum finem huius artis ſe adinueniſſe lætabitur: His verbis fidentes, maxime adducti ſunt, vt neque labori, ſumptui, aut tempori parcerent, omnia, vt aiunt, ex libri tui inſtituto operantes, tamen nihil vn-

vnquam conſecutos, præter grauiſſimam rerum ſuarum iacturam, & temporis & laboris diſpendium: Et quod grauius ferunt, nominis & famæ iacturam feciſse, omnibus ludibrio eſse, cum digito, vt in prouerbio eſt, ſubnotari, vt minime tuto aut traquille inter cæteros homines conuerſari poſſint aut audeant. Hac ratione execrantur, maledicunt, vituperant, & contumelioſis conuitijs ſpargendis nullum finem faciunt; falſarium, impoſtorem, ac hominem verſutum, fallacemque te clamitantes, cui id vnum ſemper cordi fuerit, vt quàm plurimos faceret cum ratione inſanos.

GEB. Quis, obſecro, adeo diuinus, & ſapiens inter homines vixit vnquam, qui ſceleratos & malignos non aliqua ex parte offenderit?

DEM. Quid autem dicis, de multis ſapientiſſimis, & vitæ quaſi inculpatæ, qui in eodem errore verſantur.

GEB. Scripſimus lib. primo cap. 7. ſummæ noſtræ, Hanc artem in diuina potentia Dei, qui eã ſubtrahit aut largitur, cui vult, ſeruari, qui eſt glorioſus & ſublimis, & omni iuſtitia & bonitate repletus. Ad hæc adiecimus quoque in calce huius libri, hanc artem nos eo artificio tradidiſse, vt à nullo intelligi poſſit, niſi cui diuinitus datum ſit, aut à nobis, qui eam tradidimus, in hac edoctus.

DEM. Quid opus erat, ea ſcribere, aut publicare, quæ à nemine intelligerentur?

GEB. In fine quarti libri, aperte oſtendi, me hanc artem tradidiſſe ſermone claro & aperto prudentibus, & huius doctrinæ filijs, vt diligentes artifices eam facile compræhendere & intelligere queant. Ignorantes vero admonui, vt eam fugerent, tamquam ipſis noxiam, inimicam & maxime aduerſariam, quæ facile ad extremam paupertatem ſummamque miſeriam perducat. Si tam fideli ac paternæ admonitioni non credunt, vel eam nihili faciunt inique nos accuſant; cum omnis error illorum ignorantiæ, & præſumptio-

ni potius imputandus ſit. Ergo ſi ad inopiam & miſeriam iſti redacti ſunt, noſtra culpa factum, minime putato. Nam lib. primo, cap. 5. diſertis verbis oſtendimus, vili precio (ſi artis principia cognouerint, & ea, quæ tradidimus, recte intellexerint) ad perfectionem magiſterij peruenire poſſe. Quid hoc aliud eſt, quàm fideliter commonefacere, vt pecuniam ſuam cuſtodirent, & non proſumptuoſi vanè dilapidarent; Vt vero ea, quæ tradidimus, recte intelligant, neceſſe eſt, ſermonem huius doctrinæ, non ex nuda litera, ſed altiori indagatione conſiderare, & ad medullam ſenſus allegorici penetrare, mentemque & intentionem noſtram, hinc inde diſperſam, & data opera improbis obſcuratam, & velatam, magna induſtria colligere, vt tandem ad veram cognitionem principiorum naturæ & artis perueniant.

DEM. Si tua ſcripta recte intelligo, naturæ principia, huius artis quoque principia ſunt. Scribis enim cap. 9. quarti li. te poſt determinationem principiorum naturalium, etiam de principijs huius artis verba facturum, & particulatim loquendo, de naturalibus metallorum principijs. Cap. 12 lib. primi, dicis principia naturalia in opere naturæ ſpiritus eſſe fœtentes, & viuam aquam, quam etiam ſiccam aquam nominari concedis. Hæc eadem verba repetuntur vltimo cap. lib. inueſtigationis magiſterij, quo loco concludis, lapidem noſtrum eſſe ſpiritus fœtentes, & aquam viuam, quam etiam aquam ſiccam recte dixerimus. Ergo quum principia naturalia metallorum, etiam artis principia ſint, neminem puto ambigere, ex recta cognitione principiorum naturalium, etiam artis principia poſſe inueniri. Quare rogo vt certo ordine mihi naturalia principia, demonſtrare velis, vt huius magiſterij principia, mihi qnoque fiant manifeſta.

GEB. Et hoc requirit maximè doctrinæ ordo. Propterea ſcripſimus in prœmio primi libri, eos, qui principia naturalia in ſeipſis ignorauerint, multum

remotos eſſe ab arte noſtra, cum veram radicem non habeant, ſuper quam intentionem ſuam fundare poſſint. Et eodem libro, capit. 3. ſcripſimus, eum, qui non habuerit ingenium naturale, & animam, ingenioſe & ſubtiliter perſcrutantem principia naturalia, & naturæ fundamenta, & artificia, quæ naturam aſſequi poſſint, in ſuæ actionis proprietatibus, non inuenturum huius precioſiſſimæ artis, & magiſterij veram radicem. Diligenter igitur conſiderandum, principiorum naturalium metallorum, tres eſſe differentias. Sunt enim quædam remotiſſima, alia remota, vt media mineralia, & tertia differentia immediatorum.

DEM. Diſtinctè hanc triplicem principiorum differentiam explica, vt omnem naturæ ordinem], procreandis ſiue generandis metallis exquiſitè comprehendam, & naturam artificio aliqua in parte imitari poſſim.

GEB. Tametſi remotiſſima metallorum principia, & radices (ſecundum operationē Hermetis) quatuor elementa creduntur, attamen cum denominatio ex prædominante fiat, minime dubitandum eſt, terram, aquæ commixtam, verum principium & fundamentum eſſe omnium mineralium, idem affirmante Ariſtotele 4. Metheororum, qui tradidit, Metalla, quæ liqueſcunt, aut funduntur igne, originem habere ex terra & aqua quod 3. Metho. libro quoque confirmat. In hac ſententia ſequuntur Ariſtotelem, Auicenna, Albertus, & S. Thomas, in libris mineralium, & Metheororum.

DEM. Admodum deſidero intelligere iam & cognoſcere, quo pacto terra aquæ commixta, in metallum tranſmutarri aut conuerti poſſit.

GEB. Sol & omnes ſtellæ cum fixæ, tum erraticæ lumine à Sole mutuato, terram aſſidue percalefaciunt, ſuprà, infrà, interius, & exterius, circulari ipſorum motu, radiorum reuerberatione & ſubtilitate, præpotenteque vi penetrandi. Quum vero omnis res combuſta

buſta ſiue excocta facile corrumpatur, & tranſmutetur, & corruptio vnius, alterius generatio ſit, neceſſe eſt, terram aquæ commixtam, & longo tempore ſic exuſtam, & inde tranſmutatam, tandem conuerti in aliam naturam terream. Ita videmus, ligna, & lapides, fortiter exuſta, in cinerem, et calcem conuerti.

DEM. Terra, ſic exuſta, in quam naturam terream tranſmutatur?

GEB. Conuertitur in terræ ſpeciem, aliquid ſubſtantiæ ſalis aut aluminis in ſe habens. Id enim experientia docemur. Percipimus enim cineres, calcem, ſudorem, vrinam, et maris aquam, Sole excoctam, ſalſedinem in ſe continere. Propterea diximus in principio teſtamenti, ex omni re aduſta poſſe fieri ſal.

DEM. Quo nomine appellatur vulgo iſtud tuum ſal, in hac terra, ſic exuſta, occultatum?

GEB. Vitriolum vulgo dicitur.

DEM. O ho, generantur igitur metalla ex vitriolo?

GEB. Ita ſanè, ex vitriolo et ſulphure omnium metallorum fit generatio.

DEM. Quomodo approbas hoc, vt tibi fidem habeam?

GEB. Certum eſt, omnem rem in id reſolui, ex quo compoſita eſt. Quare ſi metalla in ipſorum priorem materiam reſoluere noſti, haud dubie reducentur in vitriolum, quod etiam aquam ſiccam vocari diximus. Propterea in libro inueſtigationis, capit. de vitriolo, certò affirmauimus, à diuerſis metallis, diuerſas vitrioli ſpecies ſeparari poſſe, nobis maxime vſui futuras, et in operatione huius artis ſumme neceſſarias. Illud idem confirmauimus libro 3. capit. 7.

DEM. Mihi videtur (vt ingenue fateor, quod ſentio) in tuis verbis haud paruam eſſe contradictionem.

GEB. Quam mihi contradictionem narras?

DEM. Multis locis tradidiſti, et ſcriptis tuis affirmaſti ſulphur et argentum viuum omnium metallorum vera eſſe naturalia principia, quod nunc vitriolo tribuis, hoc facit me non parum ſuſpicioſum.

GEB. Argentum viuum et ſulphur non eſſe metallorum prima principia, ſufficienter probauimus, capit. 12. lib. 1. Eum locum ſi recte intelligis, cognoſces, me manifeſte tradidiſſe, hæc in ſua natura minime vera principia metallorum, ſed aliud quiddam, quod ſequitur ex alteratione ſubſtantiæ eorum in radice naturali, ad ſubſtantiam terream.

DEMOG. Obſcurus eſt hic ſermo non intelligo.

GEB. Meminiſti haud dubie, me dixiſſe iam terram aquæ commixtam, radicem eſſe & fundamentum omnium metallorum?

DEM. Memini.

GEB. Hæc autem eorum alteratio, in ſubſtantiam terream, minime fit in ipſa eſſentia, aut ſubſtantia ſulphuris, aut argenti viui communis: ſed in ipſorum radice, ſcilicet, in terra, aquæ commixta, per calorem mineralem et cœleſtem decocta et traſmutata, vt ſatis aperte oſtendimus.

DEM. Nunc, ſi libet, etiam de medijs mineralibus, et principijs remotis pauca refer.

GEBER. Medium minerale, ex quo omnia metalla et argentum viuum, et Marchaſita et Antimonium generantur, eſt illud ipſum vitriolum, quod in terra, aquæ commixta, ſiue decocta, et exuſta, occultatum eſſe diximus. Et cum metalla reduci debent in ipſorum materiam primam, hoc eſt, Quanto propius ad naturam metallicam accedere poſſunt, ad naturam vitrioli, et ſulphuris reducenda ſunt.

DEM. Quare ex iſto vitriolo metalla magis generantur, quàm ex alio ſulphure aut alumine.

GEB.

GEB. Quia magis ſulphureum eſt, et ad metalli naturam propius accedit. Ex cœleſti influxu, ipſius virtus quoque habilior et promptior eſt, vt conuertatur in metallum, conſentiente et promouente loco minerali, ſulphure, et calore ſufficiente.

DEMOR. Quem mihi locum mineralem narras.

GEB Saxum in quo virtus mineralis indurandi, et fixandi continetur.

DEM. Quæ eſt hæc virtus mineralis.

GEB. Virtus hæc cœleſtis eſt, poteſtatem habens procreandi metalla, occultata in certo ſulphure loto, et ſicut argentum lucido.

DEM. Nullum ſulphur, quod lotum et lucidum ſit ego noui.

GEB. Animaduertiſtine aliquando arenæ, et ſaxis, quæ ex terra eruuntur, quaſdam lucentes ſquamulas intermixtas eſſe, argento ſimiles?

DEM. Animaduerti ſæpius, ſed credebam ſubſtantiam eſſe argenti.

GEB. Erras. Sulphur eſt natura lotum, decoctumque, & pro parte fixum, habens in ſe naturam, ſplendorem, & fuſionem metallicam, ſine hoc metalla generari nullo modo queunt. Vbicunque vero in copia abundauerit, ibi generantur metalla, idem teſtantur Alberto de Metheo.

DEMONG. Naſcitur igitur vitriolum inter ſaxa?

GEB. Minime, ſed in terra.

DEM. Quomodo intrabit igitur ſaxa, vt ibidem inueniat dictum ſulphur lotum?

GEB. Montes metralliferi, in profundo non ſunt petroſi, quemadmodum in ſuperficie. Quare metallici cum fodiendo terram, & alumen inueniunt, ſcilicet vitriolum, non deſcendunt altius, ſed eas mineras, ſiue metalli venas relinquunt. Sciunt enim, ibi metalla deficere. Idem aſſerit Plinius lib. 33. Accidit tamen, vt aliquando haud longe ab eiuſmodi venis

nis ſiue mineris deficientibus, aliæ. quæ metallum habeant, reperiantur. Cum vero ex naturæ operationibus (quemadmodum lib. 2. capit. 15. aperte moſtrauimus ſufficienter probare poſſimus, ſolummodo eas res, quæ naturam ſalis & aluminis habent, & ſimilium, ſolubiles eſſe, manifeſtum erit, etiam noſtrum hoc vitriolum, per caloris ſubterranei virtutem ſolui poſſe, quod ſolutum duplicem fumum exhalat (vt lib. 1. cap. 12. dixi) Quia calor commixtibilis eſt, & fortiſſime vnit, ligat & compingit inſimul ſubtile terreum, & humidum aqueum inuicem digeſta. Calor vero cœleſtis, pro ſua natura humidum aqueum ſubtile attrahendo, ſubtili terrei etiam aliquid abducit. Quod Ariſtoteles lib. 5. Metheororum his verbis affirmauit, cum dicit: quod vapor humidus includens, & vapor ſiccus incluſus, ſimul ſurſum eleuantur. Id enim accidit, vt Galenus, & Auicenna affirmant, per calorem eleuantem vnum atque alterum vaporem. Quia ſemper commixtibilis eſt, & motum cauſat vnius eſſentiæ in eſſentiam alterius. Iſti duo fumi ſiue vapores à Philoſophis ſulphur, & argentum viuum nuncupantur. Cum vapor terreus, ſubtilis, vnctuoſus, & aliquantulum digeſtus, ſit materia eſſentialis ſulphuris, quamuis nos eum Arſenici nomine appellauerimus. Humidum vero aqueum, viſcoſum, & terreo ſubtili commixtum, materia proxima ſit argenti viui, hoc affirmante Alberto lib. 3. de mineralibus, cap. 4.

DEM. Confluunt igitur in metallorum generatione duæ ſulphuris ſpecies ſcilicet, ſulphur ex vitriolo reſolutum, & quod illud, quod ſulphur lotum dicis, inuentum in ſaxis & loco minerali?

GEB. Cap. 12. lib. 1. ad calcem diximus, naturalia metallorum principia tria eſſe, ſulphur, arſenicum & argentum viuum. De his duabus ſulphuris ſpeciebus locutus eſt Auuicenna, in lib de mineralibus atramenti nomine, dicens, Attramenta compoſita eſſe ex ſale, ſulphure, & petra, &c. Quemadmodum

vero

vero vitriolo communi pannum tingitur, ita ſimilitudine quadam hæ duæ ſulphuris ſpecies, lumen & tinctura ſunt metallorum. Quarè nihil erraueris, modo vitriola, ſiue atramenta nuncupaueris. Hæc cauſa eſt, quod ſuprà diximus, ex metallis imperfectis, diuerſas vitrioli ſpecies extrahi poſse, nobis quidem cum vtiles, tum neceſsarias. Sulphur quod in petra generatur, ex ſulphure & petra compoſitum eſt, ſed iſtud, quod ex vitriolo reſoluitur, compoſitum eſt ex ſale, & ſulphure, & in iſto latet virtus mineralis, quorundam corporum liquabilium, quæ ex eiuſmodi ſulphure generantur. Sulphur autem in petra generatum non ſoluitur, quia naturam ſalis non habet. Sed ſalſedo cum ipſo ſulphure ſoluitur ſimul, quæ incluſa eſt in profundo ipſius ſalis, & poſtea per decoctionem coagulatur. Hæ vero ſulphuris metallici ſpecies, iam receperunt virtutem mineralem, generandi metalla, in quibuſdam corporibus metallicis, ſpecialiter vero in vno, in quo comprehenderunt virtutem ferream, & virtutem æream, quamuis interdùm etiam auri & argenti naturam acquirant, & aliquando aurum aut argentum dicuntur.

Quod vero in petra natum eſt, in ſuo metallo reperis virtutem ferream, & ante lotionem rubrum eſt, ſiue croceum, ferri proprietatem habens, & ferrum dicitur. Illud vero in vitriolo aut ſale potius incluſum, ante præparationem viride eſt, vt vitriolum commune. Et in metallo acquiſiuit virtutem æream, & æris proprietatem, quare æs appellatur, & Venus, & viride æris. Hæ duæ ſulphuris ſpecies, artificio ex metallis extrahi poſſunt. Cum vero iſtud ſulphur, ferrum dictum, in præparatione, vt argentum dealbetur, & omni vnctuoſitate aduſtiua priuetur, proptetea Auicenna hoc aptiſſimum putauit, quod couertatur in ſuum argentum viuum. Cum vero viride ſulphur per præparationem purum, & clarum reddatur cum rubedine, & in ipſo ſit virtus ignea non adu-

iens, hoc puta uit apriſſimum Chymiſtis faciendo auro & aurum appellatur.

DEMORG. Audire geſtio quonam pacto duplex hic vapor & lapides, et petras penetrare poſſit.

GEB. Hæ duæ vaporoſæ exhalationes, calore cœleſti attractæ, cum locum terreſtrem, ſiue apertum inuenerint, vnde exhalant, ſuſcum attrahuntur in aerem, et ibi conuertuntur in cometas aut ſtellas cadentes, et circulos apparentes circa Solem et Lunam, aut in arcum cœleſtem, aut in ventos, tonitrua, fulghura, nubes, nebulas, grandinem, niues, pruinam, rubiginem, et huiuſmodi in aere apparentia: vt Ariſtoteles in Metheo. tradidit, et omnes ceteri Philoſophi conteſtati ſunt. Si autem locus fuerit anguſtus, et conſtrictus adeo, vt neque calori naturali aut duplici fumo vllus pateat exitus, tunc hæ duæ vaporoſæ exhalationes, ſiue duplex fumus incraſſeſere, et multiplicari incipient, inque loco minerali diſperguntur, per rimulas vbique exitum quærentes, vt Albertus tradidit in libro Mineralium. Iſti vapores, ſic incluſi, in locis petroſis media mineralia dicuntur, ſiue materia remota metallorum; vt Sanctus Thomas tradidit in fine 3. lib. Metheororum.

DEMOR. Reſtat nunc, vt etiam de immediatis principijs, tuam ſententiam mihi aperias, quomodo hi duo vapores, in petram penetrantes, in metallum conuertantur?

GEB. Cum iſti vapores, ſaxum penetrando, ſulphur lotum non inuenerint, maculatur ſaxum diuerſis coloribus, et nullum ibi generatur metallum. Si autem hic fumus, ſiue vapor in aliquam partem ſaxi ceciderit, altiuſque non poterit deſcendere in locum alium, firmatur ibi, et facit puteum aquæ, qui numquam exiccabitur. Si vero hic vapor, ſiue fumus cadat in terram rubram, conuertitur ibi in argentum viuum commune. Sic autem ſaxa

pene-

penetrando, ſi ſulphur lotum inueniat, quaſi fixum, ipſum diſſoluit, & hoc illi permiſcetur. Propterea dixi lib. 1. cap. 12. aquam, quæ per terræ meatus fluit, inuenire ſubſtantiam diſſolubilem ſubſtantiæ terreæ, ſcilicet ſulphur lotum, quod terræ pinguendo eſt, ipſumque diſſoluit, & ſe vniformiter illi coniungit, vt ex ambobus fiat vna ſubſtantia naturalis, hæc commixta per ſucceſſiuam decoctionem in minera inſpiſſatur & induratur, & fit metallum. Si autem contingat interdum, me aliorum opiniones repræhendere, repræhendo eas ſimplici litera. Sæpe enim id præpoſuimus, quod poſtponi debebat.

DEM. Si omnia metalla ex ſulphure & vitriolo generantur, per longam decoctionem tranſmutata in aliam ſubſtantiam ſulphuris & argenti viui, vnde ergo tam diuerſa eorum varietas?

GEB. Ex diuerſitate loci mineralis, & accidentium, quæ primæ materiæ minerali ſuperueniunt, & adhuc ex diuerſitate ſulphuris loti & calore diuerſo, qui varijs modis digerit materiam metallicam.

DEM. Poſſuntne accidentia hæc ſuperuenientia remoueri?

GEB. Omnia accidentia primæ materiæ metallicæ ſuperuenientia, artificio ſeparari poſſunt, vt manifeſtè oſtendi in procemio libri inueſtigationis, cap. de præparatione aceti acerrimi, & in fine prædicti libri. Dico præterea, etiam partes indigeſtas poſſe digeri.

DEM. Hæc quantum ad declarationem principiorum naturalium, mihi ſufficiunt. Nunc de principijs artis agendum, quomodo naturæ principia, etiam artis principia ſint, & quo pacto ars naturam imitari poſſit.

GEB. Lib. 1. cap. 5. dixi, oportere artificem cognoſcere principia huius artis, & radices principales, quæ ex ſubſtantia operis pars ſunt. Qui enim principia non nouit, finem non aſſequetur. Ergo ſcias, eas tranſmutationes & generationes, quas natura facit mediante ſe-

te ſemine aliquo, hanc eandem & artificio, interuenien te aliquo ſemine fieri poſſe. Quod S. Thomas quoque affirmat in 3. lib. Metheo. dicendo Alchemiſtas per iam dicta naturalia principia, hoc eſt, per ſulphur & argentum viuum, veram metallorum generationem poſſe facere. Cum igitur natura habeat ſuum proprium naturale ſemen prædictum, in metallorum generatione naturæ ſit aptè & propè accedentis, vt in metalli naturam conuertatur, neceſſe erit ad præparationem elixir, quod metallum eſt (cætera omnia in perfectione ſuperans) hoc fieri mediante aliquo ſemine naturali proprio, ſine quo ſolus Deus, naturæ creator, aliquid generare poteſt, vt ex lapide panem, ex coſta viri mulierem.

DEM. Omnium Philoſophorum opinio eſt, quatuor elementa omnium rerum mixtarum eſſe principia. Ad hanc opinionem tu quoque accedis lib. 1. capite 6. dicendo diuerſam præparationem metallorum, cauſam eſſe diuerſitatis ſpecierum. Ergo in omni re elementa & artis & naturæ principia ſunt, & ex omni re accipi poſſunt.

GEB. Si me rectè capis, dico elementa lapidis Philoſophorum, non eſſe remotiſſima elementa, nec eadem cum elementis cæterarum rerum. Sunt enim hæc elementa lapidis Philoſophorum, alterata & tranſmutata à ſua prima natura, & naturam & proprietatem acceperunt propinquam, vt iam in metallum tranſmutari poſſint, quod cæterarum rerum elementis minimè conuenit.

DEM. Accipiam igitur vitriolum commune, quod naturale ſemen eſt metallorum, & per diſtillationem extraham duplicem illum fumum, quem temperato igne conuertam in ſubſtantiam ſulphuris & argenti viui, & hoc pacto imitabor naturam.

GEB. Vitriolum hoc principium eſt, ab arte remotum. Scripſi autem lib. 1. cap. 8. nos non poſſe naturam imitari in ſuis principijs, & lib. 3. cap. 2. in fine oſtendi, naturam in ſulphure, arſenico & Mercu-

rio

rio minimè imitabilem, hoc eſt, nos ea minimè facere, aut etiam aſſimilare, quæ per naturam generantur, neque eo modo ad perfectionem perducere poſſe. Cum enim hi fumi ſubtiliſſimi ſint à natura, calore temperato inducuntur ad perfectionem in mille annis. Nos autem vehementi calore cupientes tempus adeò longum abbreuiare, omnia reſoluuntur in fumum.

DEM. Dubium me reddis, & planè incertum.

GEB. Quamobrem?

DEM. Prius admonuiſti, vt ad compoſitionem elixir acciperemur ſemen naturæ. Nunc vero negas, vitriolum accipiendum eſse, cum tamen naturæ ſemen ſit. Quare ſi fortè aliud ſemen aut vitriolum fuerit propinquius arti, per quod artificio naturam imitari poſſimus in compoſitione elixir, id nobis oſtende.

GEB. Sine dubio aliud eſt.

DEM. Vbi inueniam hoc?

GEB. Vbi à natura poſitum eſt.

DEM. Hoc ſciebam. Sed quò collocauit ipſum natura? inueniam forte in re vegetabili?

GEB. Cap. II. lib. primi, dixi, inter diuerſas opiniones eorum, qui artem eſse ſupponunt, quoſdam affirmaſse, in omnibus rebus vegetabilibus hanc artem inueniri & poſſibilem eſse, ipſis vero nequaquam. Quare citius labore deficient, quàm vt poſſibile ſit, opus perficere.

DEM. Ergo inuenietur in re animata?

GEB. Arnoldus in lib. perfecti magiſterij, de rebus vegetabilibus & animatis diſserens, inquit: Iſtæ res cum ſint totaliter & omnino remotæ à natura metallorum, impoſſibile eſt, ex his poſse generari metalla. Philoſophi autem hanc artem in re aliqua vegetabili & animata, aut eorum, quæ ab his ſumuntur, proponentes, locuti ſunt per rerum ſimilitudines. Cum enim hæc naturæ principia non ſunt, neqnaquam artis erunt principia. Hic error plures decepit. Elixir enim cum ſit naturæ metallicæ, ſine dubio ex metalli ſemine procreatur. Præterea cum maximè requiratur, vt metal-

lis

lis adunetur, neceſse eſt, vt metallis in ſubſtantia ſimile ſit, cum tantummodo res ſibi ſimiles, firmiter adunentur, & fortiter coniungantur.

DEM. Accipiam igitur ſulphur & argentum viuum a natura generata?

GEB. Suprà monui, hæc non eſſe principia naturæ: nec artis principia erunt. Et quod maius eſt, artificium hæc non poterit vllo modo fixa reddere, vt in vnam ſubſtantiam auri vel argenti adunentur, cum ad hoc requiratur maximè certa & infallibilis menſura, & debita inſpiſſantis proportio, caloriſque exquiſita æquatio, quæ omnia nobis ignota ſunt, vt primo lib. cap. 8. manifeſtè oſtendimus.

DEM. Accipiam igitur ſulphur ſolum, cum lib. 1. cap. 13. apertè dicas, eum qui nouerit in præparatione commiſcere & amicare hoc corporibus, hunc maximum naturæ ſecretum tenere, ipſumq; iam viam ingreſſum aliquam perfectionis, cum multæ ſint viæ, quæ tamen omnes ad eamdem intentionem deducant. Eodem loco Deum teſtaris, hoc illuminari omnia: corpus, & lumen, & tincturam eſſe. Præterea eodem lib. de radicibus, de iſta aqua rubea verba faciens exclamas, hanc lucernas accendere & illuminare domos (hoc eſt corpora metallica) & maximas opes dare.

GEB. Quamuis noſtrum ſulphur, principale ſemen ſit, & principium metallorum, & elixir, nihilominus quemadmodum pater mediante ſuo ſemine, non genera liberos in ſeipſo, ſed in altero, ſcilicet in ſanguine menſtruo: Sic etiam noſtrum ſulphur non generat neque metallum neque elixir in ſeipſo, ſed in ſuo argento viuo, ſeu in alio metallo. Notabis igitur, elixir duobus modis fieri poſſe, ſcilicet, diſtillatione; ſolutione & coagulatione materiæ, & abſque diſtillatione, ſolutione & coagulatione, idem affirmante S. Thoma in fine 3. lib. Metheo. Quantum vero ad ſecundum modum pertinere videtur, dico eum artificem, qui ſulphur ita præparare nouerit, vt poſſit penetrare corpora, & illis coniungi, tenere iam maximum naturæ ſecretum,

cretum, & viam perfectionis ingreſſum. Præterea in quodam cap. accurtatorio dixi, hoc opus abbreuiatum perfici 20. diebus, & in hoc opere duos lapides fore neceſſarios (hoc eſt duo metalla, vnum ex quo extrahatur ſulphur, quaſi fixum & alterum, cui per fuſionem commiſceatur dictum ſulphur præparatum. Dicendo autem hoc opus perſolui viginti dierum ſpatio, intelligendum poſt præparationem ſulphuris, quæ ad tres menſes protrahitur, opus incipiendum eſſe. Propterea in iam dicto capite accurtatorio, omnem efficaciam huius operis in purgatione lapidis à ſua vnctuoſitate & ſpurcicie collocauimus. Signum vero quomodo deprǣhendas ſulphur, iam ferè præparatum, loco iam citato admonuimus, dicendo: Cum videris oleum ferri ſupra aquam, tanto candore ſplendeſcens, vt oculos perſtringat, tunc ipſum congregabis. Hoc enim quod ita collectum fuerit, omne opus facit, & per ſe coagulabitur. Memini huius ſulphuris in libro teſtamenti ſub Martis nomine, dicendo: ſi hunc noueris perducere ad albedinem & mollitiem argenti, firmabitur & figetur in omni iudicio ſiue examine, & cum leuiter & ſine adiutorio alicuius rei Mars funditur, habes quæ deſideraturus.

De iſto Marte verba faciens libro primo, capitulo vltimo, dixi: Cum funditur ſine medicina, quæ eius naturam mutare poſſit (hoc eſt cum per ſe funditur ſine argento viuo) Soli & Lunæ coniungitur, neque facilè aut citra induſtriam ab his ſeparatur. Si tamen per vehementiam ignis ſeparetur, fortè fit hoc, quòd vltima fixione non ſit adhuc fixus. Si vero ipſi coniungatur, viginti dierum ſpatio, redditur fixus cum ipſis, & inde nullo artificio ſeparari poterit, niſi naturà fixionis mutata, imperfectam autem fixionem per calcinationem & præparationem acquiſiuit. Natura vero ipſius fixionis mutatur per ſolutionem, in aqua Mercuriali, quum elixir nouem menſibus compleatur. Cum vero non alteratus ipſis coniungitur (hoc eſt, cum in principio Soli aut Lunæ coniungitur) neque decoctum,

trans-

tranſmutatumve in natura ſua, neque colorem mutat, neque tingit metallum ſibi coniunctum, ſed in quantitate auget. Præterea lib. 3. cap. 1. dixi, cauſam perfectionis corporum ſiue argenti viui, ſubſtantiam eſſe ſulphuris & arſenici, quia propter terreſtreitatem, & bonam ſubſtantiam non impediuntur ab ingreſſu in corpora, quæ perfecta ſint fuſione bona; & per ipſorum ſubtilitatem non remouetur impreſſio facilè per fugam. Igitur ipſorum ſubſtantia mediocris, cauſa non eſt perfectionis corporum, ſiue argenti viui, niſi reddatur magis fixa. Nam quantumuis impreſſio in ipſa corpora, non facilè remoueatur, tamen niſi vltima fixione figatur, perpetuo non permanebit firmiter ſtabilita. De iſto ſulphure, & arſenico locutus ſum ſub nomine Martis & Veneris, capitulo octauo tertij lib. dicens, fixionem ipſorum, ſubſtantiam proximam eſſe firmæ fixioni, tamen non firmam neque perpetuam eſſe. De huius ſulphuris præparatione, alio loco agemus copioſius.

DEM. Si rectè memini, reprobaſti eorum operationem, lib. 1. cap. 10. qui ſpiritus in corporibus figebant.

GEB. Dixi, hoc tentatum à quibuſdam, ſine præparatione ſpirituum, & tandem deſperaſſe in opere. Idem monui in principio cap. ſupradicti.

DEM. Intelligo, me non ſatis capacem, vt hæc compræhendam. Quare dimittam ſulphur, & accipiam argentum viuum, tamquam ſubſtantiam omnium metallorum, ex quo omnia metalla, mediante virtute ſulphuris procreantur. Cum enim in ſeipſo ſuum ſulphur habeat, cum quo coaguletur, ſufficit ad compoſitionem elixir, dicente Hermete, omnia in Mercurio inueniri, quæ à ſapientibus requirantur, videlicet, corpus, anima, ſpiritus & tinctura. Idem affirmauimus in lib. 4. cap. 10. dicendo, medicinam, argentum viuum coagulans, in ipſo Mercurio eſſe. Sufficit ergo ſolus Mercurius ad compoſitionem elixir, vt diximus. Cum nulla res in natura adeo Mercurio conueniat, vt illa,

illa, quæ in ipſo Mercurio continetur. Scribis etiam lib. 2. cap. 16. argentum viuum ſuas partes ſulphuris habere in ſe, naturâ ſibi coniunctas & vnitas. Præterea appellas eum optimum & perfectum artificem, qui ex ſolo argento viuo nouerit facere elixir, cum in hoc natura ab arte ſuperetur.

GEB. Lib. 1. cap. 16. ſcripſimus, Mercurium à quibuſdam igne temperato coniunctum. Cum vero putarent, ipſum iam coagulatum, inuenerunt eum crudum & currentem vt prius, hac ratione ſtupefacti, dixerunt eſſe vanam, & minimè veram.

DEM. Cupio audire cauſam erroris.

GEB. Cum argentum viuum, duplex ille fumus ſit, ſiue vapor exhalans, quem natura neque coagulare, neque fixum reddere potuit, cum non haberet ſulphur illud lotum non adurens, quod ipſius Mercurij propria medicina coagulatio eſt & fixio, multo minus artificio reddetur fixus per ſe, abſque illo, vel ſimili ſulphure & medicina. Eadem eſt ſententia Alberti lib. 4. Methe. tract. 3. cap. 2. qui argentum viuum in operibus Alchemiæ deſiccari dicit per multam aduſtionem & commixtionem cum ſulphure, & aquirere colorem, quod in operatione elixir intelligendum.

DEM. Quid de illis ſentiendum, qui Mercurium certis herbis nouerunt reddere fixum?

GEB. Iſtis reſponſum volo, quod lib. 2. cap. 17. dixi: ſcilicet, medicinam, quæ Mercurium coagulare poſſit, & in profundo ipſi commiſceri, ſumendam eſſe ex rebus ipſi conuenientibus. Hæc ſunt omnia corpora, ſcilicet, ſulphur & arſenicum. Hæc enim corpora, & ſpiritus Philoſophorum dicuntur. Et paulò inferius dixi, ex quacumque re ipſius medicina ſumatur, eam debere ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ eſſe, & puriſſimæ, quæ Mercurio facilè adhæreſcat, facilis liquefactionis, et fixa in pugna ignis. Hoc enim coagulabit ipſum, vt conuertat in naturam ſolarem vel lunarem. Comprehendis igitur ex ſupradictis rationibus, noſtrum argentum viuum, non eſſe argentum viuum, ſed ſal in ſimilitu-

litudine veræ calcis communis, quia argentum viuum, ſiue Mercurius metallorum, per calcinationem, & reductionem conuertitur in ſal, vt manifeſtè apparet per totum librum teſtamenti. Hoc vero ſal commune ., proprietates noſtri Mercurij habet, quas multis in locis tribuimus communi Mercurio, ſiue argento viuo communi, ſcilicet, vt habeat multum viſcoſitatis, ſiccitatis plurimum, & terreſtreitatem fœtentem, vt ſit aqua ſicca, & alia plura, quæ ſuo loco longius proſequemur.

De iſto noſtro Mercurio locutus ſum lib. 2. cap. 16. dicens, ipſum habere ſuas partes ſulphuris, ſibi naturaliter commixtas plus vel minus, quæ artificio ab ipſo remoueri poſſint. Prætcrea dixi lib. 3. cap. 7. in corporibus metallicis duas eſſe ſulphureitates, quarum vna in profunditate Mercurio eſt incluſa, à principio ſuæ commixtionis, altera vero accidentalis eſt, ſiue ſuperueniens. Habet autem bonam quantitatem ſuperuenientis ſiue accidentalis ſulphureitatis, & hæc quaſi fixa eſt, & diligenti labore haud facilè tamen ab ipſo remoueri poteſt. Eius vero, quæ in ipſius profunditate incluſa eſt, paruam habet quantitatem, & hoc remoueri non poteſt, niſi prius per diſtillationem corrupta prima ſubſtantia argenti viui. Iſtis duabus ſulphureitatibus, coagulatur, & fixus redditur Mercurius, iam præparatus. Propterea dicimus, Elixir ex ſolo Mercurio fieri poſse, hoc eſt, ſuis ſulphuribus commixtum. Hæc autem intelliguntur quoque de multiplicatione elixir, quæ ſolo Mercurio fit.

DEM. Si elixir ex ſolo Mercurio fieri poteſt, propterea quòd ſuum ſulphur in ſe habeat, ergo eadem ratione ex ſolo arſenico, quòd ex ſulphure & Mercurio compoſitum eſt, ipſum parabo, Alberto dicente lib. 4. mineralium, cap. 1. Nos obſeruare debere, certum calidum, ſiccum, frigido, humido in eadem complexione coniunctum eſse quæ Hermophrodita dicitur, vt videre licet in plantis, quæ in omni parte imprægnatæ ſunt. Loquitur autem de noſtro ſulphure, quòd naturam Hermophroditæ habet, & ex duobus nominibus compoſitum

eſt,

eſt Mercurij filium ſignificans cum Venere. Eſt enim hoc ſulphur arſenicum dictum, ex Mercurio & ſulphure Veneris & æris nomine appellato compoſitum. Poterit ergo ex ſeipſo generare elixir.

GEB. Generatim loquendo de Hermaphroditis, dico: nec ipſos per ſe generare poſſe abſque ſemine, aut materia extrinſeca. Sunt etiam, qui dicunt, Deum, in principio Adam & maſculum, & fœminam creaſſe. Cum vero in ſeipſo non poſſet generare, ab eo fœminam ſeparatam, poſtea vero per coniunctionem generaſſe. Plato ſimile quidpiam fabulatur de Androgone, qui dependebat à Luna, partem habens Solis & terræ, hoc eſt, dependebat à noſtro ſale, Saturnus dicto: & à Luna, quæ ante diſtillationem participabat cum Sole & terra. Simile euenit noſtro arſenico; Hoc enim quantumcunque participet de natura ſulphuris & Mercurij; nihilominus cum ſubtilia & tenera ſint et valdè debilia, non ſufficiunt generationi metallorum, aut elixir ſine adiutorio alterius ſulphuris et Mercurij, ab hoc diuerſi et ſeparati. Propterea ſcripſi lib.7. cap.14. Arſenicum, materiam eſſe ſubtilem, cum oleum ſit, de quo locutus ſum lib.2. cap.12. et corpus debile ſit, cuius mentionem feci cap.11. prædicti libri. In ſecunda cauſa, ſiue ratione deſcenſionis ſulphuri ſimile eſt, cum ſit ſubtiliſſima et maximè fixa pars ſulphuris. In hoc tamen à ſulphure differt, maximèque diuerſum eſt, quod arſenicum ſit facilis tinctura cum albedinis, tum rubedinis. Et volebam in eo loco oſtendere, ipſum ex ſulphure et Mercurio compoſitum eſſe. Quamuis enim hæc tingendi facultas facilis ſit, inutilis tamen eſt, et parum firma. Itidem locuti ſumus de arſenico, ſub nomine Veneris, cap.2. libri primi, hoc appellando, medium inter Solem et Lunam: intelligo inter ſulphur et Mercurium, quia de vno et altero participat. Raymundus in libro ait, cuius titulus eſt Apertorij, de arſenico verba faciens, dixit, animam participare cum natura, corpore et ſpiritu, hoc eſt, ſulphure et argento viuo, per quam participationem, poteſtatem acquiſiuit, hæc colligandi inuicem. Sulphur

autem in rubedinem facilè tingit ; in albedinem vero difficulter. De hoc ſulphure ſub Martis nomine it idem locuti ſumus libro primo capitulo decimo ipſum appellantes, tincturam facilem rubedinis, albedinis vero bonæ difficilem: vt apertè oſtenderemus, tincturam rubeam, quæ in ſulphure facilè apparet, in putrefactione vtilem non eſſe, ſed noxiam potius. Quòd vero ſub rubedine albedo lateat, vt in lib. teſtamenti monuimus, ad quam albedinem per longam ſublimationem et lotionem perueniatur, propterea tincturam difficilem appellauimus. Morienus dicit, noſtram Latonam, quantumcunque rubra ſit, inutilem eſſe, niſi rubedinem albedo conſequatur: hoc eſt, niſi rubedo in albedinem conuertatur. Scripſimus et nos ſupradicto capitulo de arſenico, duo arſenici genera eſſe et ſulphuris, ſcilicet, citrinum et rubrum. Cum igitur arſenicum ignis expreſſione diſtillatur cum aqua mercuriali, rubrú eſt. Aqua vero alba, huic ambo ſimul iuncta colorem efficiunt citrinum. Hæc omnia confirmat ſenior Philoſophus, cum dicit, Philoſophos veteres animam et ſpiritum, qui ex hac commixtione exurgit, arſenicum rubrum, et citrinum appellaſſe, per rubrum intelligentes, animam tingentem. Similiter vocabant hanc aquam, hoc eſt, ſulphur rubeum, et ſpiritum arſenicum citrinum. Quia ſpiritus animam dealbat, et eam ſuo colore inficit. Et vocabunt hanc animam, æs, et hoc eſt fumus grauis. Et nos diximus lib. 1. cap. 21. Venerem tingi colore citrino à tutia, hoc eſt, fumo illo albo. Similiter et ſulphur rubrum et citrinum eſt. Rubrum autem poſt putrefactionem materiæ. Cum autem ſub Mercurio albo coniungitur, citrinum efficitur. Eſt enim citrinus color, determinata proportio rubei et albi. Propterea tutia, quæ fumus albus eſt, noſtri Mercurij albi, colore citrino ipſum corpus rubrum inficit, videlicet, noſtrum æs, vt lib. 3. cap. 3. ſatis apertè oſtendimus, et cap. 4 eiuſdem libri dixi, illud, quod à corporibus metallicis ſublimatur ignitione forti, vt quod ex ipſis ſubtiliſſimum fuerit aſcendat, hoc eſt, fumus albus cum ſulphure, aurum

vo-

vocato, et arſenicum ipſum eſſe coloris citriniſſimi, et cũ arſenicum fixum redditur ſimul cum ſulphure (hoc eſt lento igne in vltima decoctione) Sublimatio vero ambo-rum melior eſt ex calce iſtus metalli, quod indicabimus. Quamuis vero et ſulphur et arſenicum, medicina ſit per-fectiua noſtri Mercurij, nihilominus ſine ipſo elixir fieri non poteſt, hoc eſt, ſine commixtione cum corporibus. Cum vero ſulphur poſt lotionem, ſquamoſum, et in cor-pus reductum, tandem et fragile fuerit, præparatum eſt.

DEM. Sulphur arſenicum & Mercurius cum fixa red-duntur, non funduntur, neq; corpora penetrare poſſunt, quia iam terrea facta ſunt. Si vero non reddantur fixa, ſpiritus ipſi ab igne fregiunt; ergo ex his elixir fieri non poteſt.

GEB. Hæc eſt vna ex rationibus quorundam, qui in huius artis praxi parum exercitati ſunt. Horum me-mini, lib. 1. cap. 10. increpando eos cum huius rei par-uam habeant notitiam, etiam operationem hanc mini-mè abſoluere poſſe, ſed ſuis rationibus fortiter inſiſten-tes, in vitium cadere malæ conſequentiæ, propter in-ſufficientiam.

DEM. Logicum illum ſermonem non aſſequor.

GEB. Vitium conſequentiæ committitur, cum à ſu-periori ad inferius arguimus affirmatiuè, non enim rectè concluſeris, fixum eſſe, ergo terreum, nam hic arguendi modus, vitioſus eſt propter inſufficientiam. Poſ-ſumus enim ſpiritus reddere fixos, vt nequaquam in na-turam terream conuertantur, & fundantur, & in corpo-ra penetrare poſſint. Et quantum ad ſulphur pertinet, manifeſtum eſt, ex libri primi capite 10. & 13. itidem ex lib. 2. cap. 12. & 18. & lib. 3. cap. 1. & 6. de Mercurio differendo, lib. 3. cap. 6. dixi etiam, hunc poſſe fixum fieri, vt tamen in terreſtreitatem minimè conuertatur, cum etiam per eiuſmodi tranſmutationem, in terreſtrei-tatem figi poſſit, cum per feſtinam & breuem fixionem, quæ per præcipitationem fit, ſiue diſtillationem figatur, & in terram tranſmutetur, in fecibus aduſtis, remanen-tibus in fundo vaſis ſiue bocciæ. Et hæc eſt tranſmuta-

te ſemine aliquo, hanc eandem & artificio, interueniente aliquo ſemine fieri poſſe. Quod S. Thomas quoque affirmat in 3. lib. Metheo. dicendo Alchemiſtas per iam dicta naturalia principia, hoc eſt, per ſulphur & argentum viuum, veram metallorum generationem poſſe facere. Cum igitur natura habeat ſuum proprium naturale ſemen prædictum, in metallorum generatione naturæ ſit aptè & propè accedentis, vt in metalli naturam conuertatur, neceſſe erit ad præparationem elixir, quod metallum eſt (cætera omnia in perfectione ſuperans) hoc fieri mediante aliquo ſemine naturali proprio, ſine quo ſolus Deus, naturæ creator, aliquid generare poteſt, vt ex lapide panem, ex coſta viri mulierem.

DEM. Omnium Philoſophorum opinio eſt, quatuor elementa omnium rerum mixtarum eſſe principia. Ad hanc opinionem tu quoque accedis lib. 1. capite 6. dicendo diuerſam præparationem metallorum, cauſam eſſe diuerſitatis ſpecierum. Ergo in omni re elementa & artis & naturæ principia ſunt, & ex omni re accipi poſſunt.

GEB. Si me rectè capis, dico elementa lapidis Philoſophorum, non eſſe remotiſſima elementa, nec eadem cum elementis cæterarum rerum. Sunt enim hæc elementa lapidis Philoſophorum, alterata & tranſmutata à ſua prima natura, & naturam & proprietatem acceperunt propinquam, vt iam in metallum tranſmutari poſſint, quod cæterarum rerum elementis minimè conuenit.

DEM. Accipiam igitur vitriolum commune, quod naturale ſemen eſt metallorum, & per diſtillationem extraham duplicem illum fumum, quem temperato igne conuertam in ſubſtantiam ſulphuris & argenti viui, & hoc pacto imitabor naturam.

GEB. Vitriolum hoc principium eſt, ab arte remotum. Scripſi autem lib. 1. cap. 8. nos non poſſe naturam imitari in ſuis principijs, & lib. 3. cap. 2. in fine oſtendi, naturam in ſulphure, arſenico & Mercurio

rio minimè imitabilem, hoc eſt, nos ea minimè facere, aut etiam aſſimilare, quæ per naturam generantur, neque eo modo ad perfectionem perducere poſſe. Cum enim hi fumi ſubtiliſſimi ſint à natura, calore temperato inducuntur ad perfectionem in mille annis. Nos autem vehementi calore cupientes tempus adeò longum abbreuiare, omnia reſoluuntur in fumum.

DEM. Dubium me reddis, & planè incertum.

GEB. Quamobrem?

DEM. Prius admonuiſti, vt ad compoſitionem elixir acciperemur ſemen naturæ. Nunc vero negas, vitriolum accipiendum eſse, cum tamen naturæ ſemen ſit. Quare ſi fortè aliud ſemen aut vitriolum fuerit propinquius arti, per quod artificio naturam imitari poſſimus in compoſitione elixir, id nobis oſtende.

GEB. Sine dubio aliud eſt.

DEM. Vbi inueniam hoc?

GEB. Vbi à natura poſitum eſt.

DEM. Hoc ſciebam. Sed quò collocauit ipſum natura? inueniam forte in re vegetabili?

GEB. Cap. 11. lib. primi, dixi, inter diuerſas opiniones eorum, qui artem eſse ſupponunt, quoſdam affirmaſse, in omnibus rebus vegetabilibus hanc artem inueniri & poſſibilem eſse, ipſis vero nequaquam. Quare citius labore deficient, quàm vt poſſibile ſit, opus perficere.

DEM. Ergo inuenietur in re animata?

GEB. Arnol dus in lib. perfecti magiſterij, de rebus vegetabilibus & animatis diſserens, inquit: Iſtæ res cum ſint totaliter & omnino remotæ à natura metallorum, impoſſibile eſt, ex his poſse generari metalla. Philoſophi autem hanc artem in re aliqua vegetabili & animata, aut eorum, quæ ab his ſumuntur, proponentes, locuti ſunt per rerum ſimilitudines. Cum enim hæc naturæ principia non ſunt, neqnaquam artis erunt principia. Hic error plures decepit. Elixir enim cum ſit naturæ metallicæ, ſine dubio ex metalli ſemine procreatur. Præterea cum maximè requiratur, vt metal-

lis adunetur, neceſse eſt, vt metallis in ſubſtantia ſimile ſit, cum tantummodo res ſibi ſimiles, firmiter adunentur, & fortiter coniungantur.

DEM. Accipiam igitur ſulphur & argentum viuum a natura generata?

GEB. Suprà monui, hæc non eſſe principia naturæ: nec artis principia erunt. Et quod maius eſt, artificium hæc non poterit vllo modo fixa reddere, vt in vnam ſubſtantiam auri vel argenti adunentur, cum ad hoc requiratur maximè certa & infallibilis menſura, & debita inſpiſſantis proportio, caloriſque exquiſita æquatio, quæ omnia nobis ignota ſunt, vt primo lib. cap.8. manifeſtè oſtendimus.

DEM. Accipiam igitur ſulphur ſolum, cum lib. 1. cap. 13. apertè dicas, eum qui nouerit in præparatione commiſcere & amicare hoc corporibus, hunc maximum naturæ ſecretum tenere, ipſumq; iam viam ingreſſum aliquam perfectionis, cum multæ ſint viæ, quæ tamen omnes ad eamdem intentionem deducant. Eodem loco Deum teſtaris, hoc illuminari omnia: corpus, & lumen, & tincturam eſſe. Præterea eodem lib. de radicibus, de iſta aqua rubea verba faciens exclamas, hanc lucernas accendere & illuminare domos (hoc eſt corpora metallica) & maximas opes dare.

GEB. Quamuis noſtrum ſulphur, principale ſemen ſit, & principium metallorum, & elixir, nihilominus quemadmodum pater mediante ſuo ſemine, non generat liberos in ſeipſo, ſed in altero, ſcilicet in ſanguine menſtruo. Sic etiam noſtrum ſulphur non generat neque metallum neque elixir in ſeipſo, ſed in ſuo argento viuo, ſeu in alio metallo. Notabis igitur, elixir duobus modis fieri poſſe, ſcilicet, diſtillatione; ſolutione & coagulatione materiæ, & abſque diſtillatione, ſolutione & coagulatione, idem affirmante S.Thoma in fine 3. lib. Metheo. Quantum vero ad ſecundum modum pertinere videtur, dico eum artificem, qui ſulphur ita præparare nouerit, vt poſſit penetrare corpora, & illis coniungi, tenere iam maximum naturæ ſecretum,

cretum, & viam perfectionis ingreſſum. Præterea in quodam cap. accurtatorio dixi, hoc opus abbreuiatum perfici 20. diebus, & in hoc opere duos lapides fore neceſſarios (hoc eſt duo metalla, vnum ex quo extrahatur ſulphur, quaſi fixum & alterum, cui per fuſionem commiſceatur dictum ſulphur præparatum. Dicendo autem hoc opus perſolui viginti dierum ſpatio, intelligendum poſt præparationem ſulphuris, quæ ad tres menſes protrahitur, opus incipiendum eſſe. Propterea in iam dicto capite accurtatorio, omnem efficaciam huius operis in purgatione lapidis à ſua vnctuoſitate & ſpurcicie collocauimus. Signum vero quomodo depræhendas ſulphur, iam ferè præparatum, loco iam citato admonuimus, dicendo: Cum videris oleum ferri ſupra aquam, tanto candore ſplendeſcens, vt oculos perſtringat, tunc ipſum congregabis. Hoc enim quod ita collectum fuerit, omne opus facit, & per ſe coagulabitur. Memini huius ſulphuris in libro teſtamenti ſub Martis nomine, dicendo: ſi hunc noueris perducere ad albedinem & mollitiem argenti, firmabitur & figetur in omni iudicio ſiue examine, & cum leuiter & ſine adiutorio alicuius rei Mars funditur, habes quæ deſideraturus.

De iſto Marte verba faciens libro primo, capitulo vltimo, dixi: Cum funditur ſine medicina, quæ eius naturam mautare poſſit (hoc eſt cum per ſe funditur ſine argento viuo) Soli & Lunæ coniungitur, neque facilè aut citra induſtriam ab his ſeparatur. Si tamen per vehementiam ignis ſeparetur, fortè fit hoc, quòd vltima fixione non ſit adhuc fixus. Si vero ipſi coniungatur, viginti dierum ſpatio, redditur fixus cum ipſis, & inde nullo artificio ſeparari poterit, niſi naturà fixionis mutata, imperfectam autem fixionem per calcinationem & præparationem acquiſiuit. Natura vero ipſius fixionis mutatur per ſolutionem, in aqua Mercuriali, quum elixir nouem menſibus compleatur. Cum vero non alteratus ipſis coniungitur (hoc eſt, cum in principio Soli aut Lunæ coniungitur) neque decoctum,

trans-

tranſmutatumve in natura ſua, neque colorem mutat, neque tingit metallum ſibi coniunctum, ſed in quantitate auget. Præterea lib. 3. cap. 1. dixi, cauſam perfectionis corporum ſiue argenti viui, ſubſtantiam eſſe ſulphuris & arſenici, quia propter terreſtreitatem, & bonam ſubſtantiam non impediuntur ab ingreſſu in corpora, quæ perfecta ſint fuſione bona, & per ipſorum ſubtilitatem non remouetur impreſſio facilè per fugam. Igitur ipſorum ſubſtantia mediocris, cauſa non eſt perfectionis corporum, ſiue argenti viui, niſi reddatur magis fixa. Nam quantumuis impreſſio in ipſa corpora, non facilè remoueatur, tamen niſi vltima fixione figatur, perpetuo non permanebit firmiter ſtabilita. De iſto ſulphure, & arſenico locutus ſum ſub nomine Martis & Veneris, capitulo octauo tertij lib. dicens, fixionem ipſorum, ſubſtantiam proximam eſſe firmæ fixioni, tamen non firmam neque perpetuam eſſe. De huius ſulphuris præparatione, alio loco agemus copioſius.

DEM. Si rectè memini, reprobaſti eorum operationem, lib. 1. cap. 10. qui ſpiritus in corporibus figebant.

GEB. Dixi, hoc tentatum à quibuſdam, ſine præparatione ſpirituum, & tandem deſperaſſe in opere. Idem monui in principio cap. ſupradicti.

DEM. Intelligo, me non ſatis capacem, vt hæc compræhendam. Quare dimittam ſulphur, & accipiam argentum viuum, tamquam ſubſtantiam omnium metallorum, ex quo omnia metalla, mediante virtute ſulphuris procreantur. Cum enim in ſeipſo ſuum ſulphur habeat, cum quo coaguletur, ſufficit ad compoſitionem elixir, dicente Hermete, omnia in Mercurio inueniri, quæ à ſapientibus requirantur, videlicet, corpus, anima, ſpiritus & tinctura. Idem affirmauimus in lib. 4. cap. 10. dicendo, medicinam, argentum viuum coagulans, in ipſo Mercurio eſſe. Sufficit ergo ſolus Mercurius ad compoſitionem elixir, vt diximus: Cum nulla res in natura adeo Mercurio conueniat, vt

illa,

illa, quæ in ipſo Mercurio continetur. Scribis etiam lib. 2. cap. 16. argentum viuum ſuas partes ſulphuris habere in ſe, naturâ ſibi coniunctas & vnitas. Præterea appellas eum optimum & perfectum artificem, qui ex ſolo argento viuo nouerit facere elixir, cum in hoc natura ab arte ſuperetur.

GEB. Lib. 1. cap. 16. ſcripſimus, Mercurium à quibuſdam igne temperato coniunctum. Cum vero putarent, ipſum iam coagulatum, inuenerunt eum crudum & currentem vt prius, hac ratione ſtupefacti, dixerunt eſſe vanam, & minimè veram.

DEM. Cupio audire cauſam erroris.

GEB. Cum argentum viuum, duplex ille fumus ſit, ſiue vapor exhalans, quem natura neque coagulare, neque fixum reddere potuit, cum non haberet ſulphur illud lotum non adurens, quod ipſius Mercurij propria medicina coagulatio eſt & fixio, multo minus artificio reddetur fixus per ſe, abſque illo, vel ſimili ſulphure & medicina. Eadem eſt ſententia Alberti lib. 4. Methe. tract. 3. cap. 2. qui argentum viuum in operibus Alchemiæ deſiccari dicit per multam aduſtionem & commixtionem cum ſulphure, & aquirere colorem, quod in operatione elixir intelligendum.

DEM. Quid de illis ſentiendum, qui Mercurium certis herbis nouerunt reddere fixum?

GEB. Iſtis reſponſum volo, quod lib. 2. cap. 17. dixi: ſcilicet, medicinam, quæ Mercurium coagulare poſſit, & in profundo ipſi commiſceri, ſumendam eſſe ex rebus ipſi conuenientibus. Hæc ſunt omnia corpora, ſcilicet, ſulphur & arſenicum. Hæc enim corpora, & ſpiritus Philoſophorum dicuntur. Et paulò inferius dixi, ex quacumque re ipſius medicina ſumatur, eam debere ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ eſſe, & puriſſimæ, quæ Mercurio facilè adhæreſcat, facilis liquefactionis, et fixa in pugna ignis. Hoc enim coagulabit ipſum, vt conuertat in naturam ſolarem vel lunarem. Comprehendis igitur ex ſupradictis rationibus, noſtrum argentum viuum, non eſſe argentum viuum, ſed ſal in ſimilitu-

litudine veræ calcis communis, quia argentum viuum, ſiue Mercurius metallorum, per calcinationem, & reductionem conuertitur in ſal, vt manifeſtè apparet per totum librum teſtamenti. Hoc vero ſal commune, proprietates noſtri Mercurij habet, quas multis in locis tribuimus communi Mercurio, ſiue argento viuo communi, ſcilicet, vt habeat multum viſcoſitatis, ſiccitatis plurimum, & terreſtreitatem fœtentem, vt ſit aqua ſicca, & alia plura, quæ ſuo loco longius proſequemur.

De iſto noſtro Mercurio locutus ſum lib. 2. cap. 16. dicens, ipſum habere ſuas partes ſulphuris, ſibi naturaliter commixtas plus vel minus, quæ artificio ab ipſo remoueri poſſint. Præterea dixi lib. 3. cap. 7. in corporibus metallicis duas eſſe ſulphureitates, quarum vna in profunditate Mercurio eſt incluſa, à principio ſuæ commixtionis, altera vero accidentalis eſt, ſiue ſuperueniens. Habet autem bonam quantitatem ſuperuenientis ſiue accidentalis ſulphureitatis, & hæc quaſi fixa eſt, & diligenti labore haud facilè tamen ab ipſo remoueri poteſt. Eius vero, quæ in ipſius profunditate incluſa eſt, paruam habet quantitatem, & hoc remoueri non poteſt, niſi prius per diſtillationem corrupta prima ſubſtantia argenti viui. Iſtis duabus ſulphureitatibus, coagulatur, & fixus redditur Mercurius, iam præparatus. Propterea dicimus, Elixir ex ſolo Mercurio fieri poſse, hoc eſt, ſuis ſulphuribus commixtum. Hæc autem intelliguntur quoque de multiplicatione elixir, quæ ſolo Mercurio fit.

DEM. Si elixir ex ſolo Mercurio fieri poteſt, propterea quòd ſuum ſulphur in ſe habeat, ergo eadem ratione ex ſolo arſenico, quòd ex ſulphure & Mercurio compoſitum eſt, ipſum parabo, Alberto dicente lib. 4. mineralium, cap. 1. Nos obſeruare debere, certum calidum, ſiccum, frigido, humido in eadem complexione coniunctum eſse quæ Hermophrodita dicitur, vt videre licet in plantis, quæ in omni parte imprægnatæ ſunt. Loquitur autem de noſtro ſulphure, quòd naturam Hermophroditæ habet, & ex duobus nominibus compoſitum

eſt,

eſt Mercurij filium ſignificans cum Venere. Eſt enim hoc ſulphur arſenicum dictum, ex Mercurio & ſulphure Veneris & æris nomine appellato compoſitum. Poterit ergo ex ſeipſo generare elixir.

GEB. Generatim loquendo de Hermaphroditis, dico: nec ipſos per ſe generare poſſe abſque ſemine, aut materia extrinſeca. Sunt etiam, qui dicunt, Deum, in principio Adam & maſculum, & fœminam creaſſe. Cum vero in ſeipſo non poſſet generare, ab eo fœminam ſeparatam, poſtea vero per coniunctionem generaſſe. Plato ſimile quidpiam fabulatur de Androgone, qui dependebat à Luna, partem habens Solis & terræ, hoc eſt, dependebat à noſtro ſale, Saturnus dicto: & à Luna, quæ ante diſtillationem participabat cum Sole & terra. Simile euenit noſtro arſenico; Hoc enim quantumcunque participet de natura ſulphuris & Mercurij; nihilominus cum ſubtilia & tenera ſint et valdè debilia, non ſufficiunt generationi metallorum, aut elixir ſine adiutorio alterius ſulphuris et Mercurij, ab hoc diuerſi et ſeparati. Propterea ſcripſi lib.7. cap.14. Arſenicum, materiam eſſe ſubtilem, cum oleum ſit, de quo locutus ſum lib.2. cap.12. et corpus debile ſit, cuius mentionem feci cap.11. prædicti libri. In ſecunda cauſa, ſiue ratione deſcenſionis ſulphuri ſimile eſt, cum ſit ſubtiliſſima et maximè fixa pars ſulphuris. In hoc tamen à ſulphure differt, maximèque diuerſum eſt, quod arſenicum ſit facilis tinctura cum albedinis, tum rubedinis. Et volebam in eo loco oſtendere, ipſum ex ſulphure et Mercurio compoſitum eſſe. Quamuis enim hæc tingendi facultas facilis ſit, inutilis tamen eſt, et parum firma. Itidem locuti ſumus de arſenico, ſub nomine Veneris, cap.2. libri primi, hoc appellando, medium inter Solem et Lunam: intelligo inter ſulphur et Mercurium, quia de vno et altero participat. Raymundus in libro ait, cuius titulus eſt Apertorij, de arſenico verba faciens, dixit, animam participare cum natura, corpore et ſpiritu, hoc eſt, ſulphure et argento viuo, per quam participationem, poteſtatem acquiſiuit, hæc colligandi inuicem. Sulphur

autem in rubedinem facilè tingit; in albedinem vero difficulter. De hoc ſulphure ſub Martis nomine itidem locuti ſumus libro primo capitulo decimo ipſum appellantes, tincturam facilem rubedinis, albedinis vero bonæ difficilem: vt apertè oſtenderemus, tincturam rubeam, quæ in ſulphure facilè apparet, in putrefactione vtilem non eſſe, ſed noxiam potius. Quòd vero ſub rubedine albedo lateat, vt in lib. teſtamenti monuimus, ad quam albedinem per longam ſublimationem et lotionem perueniatur, propterea tincturam difficilem appellauimus. Morienus dicit, noſtram Latonam, quantumcunque rubra ſit, inutilem eſſe, niſi rubedinem albedo conſequatur: hoc eſt, niſi rubedo in albedinem conuertatur. Scripſimus et nos ſupradicto capitulo de arſenico, duo arſenici genera eſſe et ſulphuris, ſcilicet, citrinum et rubrum. Cum igitur arſenicum ignis expreſſione diſtillatur cum aqua mercuriali, rubrũ eſt. Aqua vero alba, huic ambo ſimul iuncta colorem efficiunt citrinum. Hæc omnia confirmat ſenior Philoſophus, cum dicit, Philoſophos veteres animam et ſpiritum, qui ex hac commixtione exurgit, arſenicum rubrum, et citrinum appellaſſe, per rubrum intell gentes, animam tingentem. Similiter vocabant hanc aquam, hoc eſt, ſulphur rubeum, et ſpiritum arſenicum citrinum. Quia ſpiritus animam dealbat, et eam ſuo colore inficit. Et vocabunt hanc animam, æs, et hoc eſt fumus grauis. Et nos diximus lib. 1. cap. 21. Venerem tingi colore citrino à tutia, hoc eſt, fumo illo albo. Similiter et ſulphur rubrum et citrinum eſt. Rubrum autem poſt putrefactionem mateziæ. Cum autem ſub Mercurio albo coniungitur, citrinum efficitur. Eſt enim citrinus color, determinata proportio rubei et albi. Propterea tutia, quæ fumus albus eſt, noſtri Mercurij albi, colore citrino ipſum corpus rubrum inficit, videlicet, noſtrum æs, vt lib. 3. cap. 3. ſatis apertè oſtendimus, et cap. 4 eiuſdem libri dixi, illud, quod à corporibus metallicis ſublimatur ignitione forti, vt quod ex ipſis ſubtiliſſimum fuerit aſcendat, hoc eſt, fumus albus cum ſulphure, aurum

vo-

vocato,et arſenicum ipſum eſſe coloris citriniſſimi, et cũ arſenicum fixum redditur ſimul cum ſulphure (hoc eſt lento igne in vltima decoctione)Sublimatio vero ambo-rum melior eſt ex calce iſtius metalli,quod indicabimus. Quamuis vero et ſulphur et arſenicum,medicina ſit perfectiua noſtri Mercurij,nihilominus ſine ipſo elixir fieri non poteſt , hoc eſt, ſine commixtione cum corporibus. Cum vero ſulphur poſt lotionem,ſquamoſum,et in corpus reductum,tandem et fragile fuerit,præparatum eſt.

DEM. Sulphur arſenicum & Mercurius cum fixa redduntur, non funduntur,neq; corpora penetrare poſſunt, quia iam terrea facta ſunt. Si vero non reddantur fixa, ſpiritus ipſi ab igne fregiunt ; ergo ex his elixir fieri non poteſt.

GEB. Hæc eſt vna ex rationibus quorundam, qui in huius artis praxi parum exercitati ſunt. Horum memini, lib. 1. cap. 10. increpando eos cum huius rei paruam habeant notitiam; etiam operationem hanc minimè abſoluere poſſe, ſed ſuis rationibus fortiter inſiſtentes, in vitium cadere malæ conſequentiæ, propter inſufficientiam.

DEM. Logicum illum ſermonem non aſſequor.

GEB. Vitium conſequentiæ committitur, cum à ſuperiori ad inferius arguimus affirmatiuè, non enim rectè concluſeris, fixum eſſe, ergo terreum, nam hic arguendi modus,vitioſus eſt propter inſufficientiam.Poſſumus enim ſpiritus reddere fixos, vt nequaquam in naturam terream conuertantur,& fundantur,& in corpora penetrare poſſint. Et quantum ad ſulphur pertinet, manifeſtum eſt, ex libri primi capite 10. & 13. itidem ex lib.2. cap.12. & 18. & lib. 3. cap. 1. & 6. de Mercurio diſſerendo, lib. 3. cap. 6. dixi etiam, hunc poſſe fixum fieri, vt tamen in terreſtreitatem minimè conuertatur. cum etiam per eiuſmodi tranſmutationem, in terreſtreitatem figi poſſit, cum per feſtinam & breuem fixionem, quæ per præcipitationem fit, ſiue diſtillationem figatur, & in terram tranſmutetur, in fecibus aduſtis, remanentibus in fundo vaſis ſiue borciæ. Et hæc eſt tranſmutatio

tio feſtina, primæ formæ mercurialis, quæ in ſex horarum ſpatio perficitur. Terreſtreitate vero remota, per lotionem coniungit ſe, & vnitur cæteris ſpiritibus præparatis. Poſitus vero in ſuo vaſe, ad ignem lentum, vapores ab eo sæpius ſucceſſiue, ſiue ſenſim oſtenduntur. Hac vero longa, & tarda confirmatione & fixione, fuſionem metallicam non perdit, neque in terram conuertitur. Lib. 2. cap. 6. diximus, hunc Mercurium duas poſſidere humiditates, vnam, quæ ab eo remoueri poſſit ignis violentia, hoc eſt, per diſtillationem, per ignis expreſſionem, & hoc, quod in fundo vaſis remanebit, non funditur, fixum enim iam & terreum eſt. Terreſtreitate vero per lotionem remota, altera humiditas, in ipſo remanens, ſuo igne remouetur, ſcilicet, igne lento, qualis conuenit vltimæ fixioni ſpirituum. Quantum vero ad præparationem & fixionem aliarum rerum, naturæ terreæ pertinet, figuntur corpora metallica, per calcinationem, vt manifeſtè oſtendimus libro primo capitulo decimo octauo dicendo, per calcinationem corpora imperfecta figi, citra commixtionem alicuius rei, qualiſcumque ſit in calcem redacta, ſolo ſuo ſulphure proprio aduſtiuo, ſiue exurente. Igne enim aduritur, & calcinatur omne, quod in ſe ſulphureitatem aduſtiuam habuerit, vt libro 2. cap. 13. & lib. 3. cap. 6. ſatis apertè oſtendimus. Cum igitur tuum metallum, tantum temporis in igne perdurauit, vt in ſuum corpus, quemadmodum prius fuerat, reduci non poſſit, neque diminuitur, aut colorem mutat in colorem, ſcias iam fixum eſſe, hoc eſt, conuerſum in certam naturam terream, quę facilè ignem perferet, non fuſionis metallicæ, ſed vitrificatoriæ ſolum. Et tunc omnes ſpiritus, in ea calce exiſtentes, fixi ſunt; & niſi ſeparati & volubiles facti, & poſtea fixi, præparari non poſſunt. Propterea conſiderabis, quomodo figantur per conuerſionem in naturam terream, & inde manifeſtum erit, quomodo præparari poſſint. Cum vero hac fixione, non omnes in ſimul reddantur fixi, nec eodem modo, propterea nobis diſtinctè de his differendum erit. De Mercurio autem hactenus

ſatis:

ſatis. Iam de arſenico & ſulphure verba faciemus. Prius diximus, per calcinationem, Mercurium metallorum, conuerti in ſal. Cum vero hoc ſal multum terreſtreitatis habeat, inde certam fixionem acquiſiuit. Idem de arſenico dicimus, quòd ſulphur ſubtiliſſimum eſt, naturaliter in ea terra profundiſſimè incluſum. Propterea in certa fixione adeò firmiter compinguntur, vt ab ea terra ſeparari non poſſit, niſi per diſtillationem, cum forti expreſſione ignis. Dixi igitur lib. 2. cap. 7. cum fieret mentio huius Mercurij, in ſal conuerſi, Cum videris eum albiſſimum, & à ſulphureitate, & rubedine quaſi extrinſeca ſeparatum: reiterabis ſublimationem, ſine fecibus, hoc eſt diſtillabis ipſum, citra adiectionem fecis, cum in ſeipſo ſufficientes feces, & potius ſuperfluas habeat. Id enim facilè intelligitur, ex difficultate diſtillationis, quemadmodum lib. 2. cap. 9. monui. Nam ipſius pars fixa, niſi corrupta & diſtillata fuerit, videlicet ſupradictum arſenicum firmiter adhærebit fecibus, hoc eſt, terreſtreitati, adeo vt aliter ſepariri non poſſit. Fecimus autem ſæpius huius terreſtreitatis mentionem, in pluribus locis ipſam appellantes ſal, vt facilè ex noſtris ſcriptis colliges.

DEM. Oſtende mihi iam, quo modo ſulphur reddatur fixum.

GEB. Sulphur, fixum non redditur, niſi in calcem redigatur prius; commixto autem ſale, facilius calcinatur, & fit perfectum, vt cap. 13. lib. 1. oſtendi. Et Albertus libro tertio de mineralibus, capitulo ſecundo confirmat. Inquit enim, nos videre in operibus Alchemiæ, in quibus naturam maximè imitatur artificio, inter cæteras artes omnes; cum alio modo elixir citrinum fieri non poſſit, niſi ex ſulphure. Ipſum vero ſulphur, adeo vnctuoſitatis & virtutis adurentis particeps ſit, vt omnia metalla denigret & adurat, quibus ſuperinijciatur: tandem inuentum modum lotionis cum aquis acutis, & vt decoquatur tamdiu, donec omnis vnctuoſitas aduſtibilis, ipſum relinquat & tantummodo ſubtile vnctuoſum permaneat, quod ignem perferre poſſit. Fiunt autem acutæ, lotione cum ſuo ſale, & aceto di-

ſtillato. Hæc enim lauant, & mundificant noſtrum ſulphur, & remouentur deinde ab eo. Propterea dixi in procemio libri 2. eas res, quæ corpora abſq; cohærentia mundificant, naturam habere ſalis, aluminis, nitri, & borracis, quibus deſignare volebam, ipſum ſal, quemadmodum etiam per corpora ipſum ſulphur, ſiue plures ſulphuris ſpecies intelligendas volui. Diximus ad hæc lib. 3. cap. 13. Cum omnia ſalia, alumina, & vitrum (hoc eſt, ſupradictum arſenicum) funduntur ſiue ſoluuntur longè aliter, quàm ipſa corpora (ſcilicet ſulphuris ſpecies) ab ipſis ſeparantur, cum tantummodo corpus, hoc eſt, ſulphur purificatum, ſeparatum fuerit.

DEM. Vt mihi videtur, loco ſupradicto præparationem Iouis & Saturni docuiſti.

GEB. Tuam ſimplicitatem agnoſco: cui quis facilè imponeret: nam parum animaduertiſti, me dixiſſe iam, Iouem & Saturnum, vnum corpus eſſe, hoc eſt, vnum ſal calcinatum, in ſimilitudinem calcis veræ, ſupra quod non opus eſt, proijcere aquam ſalis, aut aluminis, neque vitrum noſtrum, hoc eſt, arſenicum, cum omnes ibi res naturaliter ſint vnitæ. Præterea dixi, in procemio libri inueſtigationis, eas res, quæ præparationem adiuuant & promouent, eſſe ipſum ſal, & alumen, & atramentum & vitrum, acetum acerrimum & ignem. Propterea vt eodem libro, cap. de præparatione Iouis, & cæteris ſequentibus tradidi, quòd ignis mouet & conſumit ſubſtantiam fugitiuam, & inflammabilem, hoc eſt, lauando multum cum ſale communi, (commune autem dico, quod omnibus metallis ſit commune) & cum aceto acerrimo purificato. Itidem lib. 2. c. 13. ſcripſimus, in hanc ſententiam, de iſtius ſulphuris præparatione & calcinatione, videlicet accendi ignem, in fornace ſub vaſe calcinationis, tantæ potentiæ, vt ipſum corpus, hoc eſt ſulphur fundatur, vt calcinari poſſit. Quàm primum vero ipſum corpus, fuſum in aceto, & ſale, cum calore ignis, pelliculam nigram ſupra ſe creauerit, quod ſulphur eſt, iam in calcem redactum, remouendam eſſe à ſuperficie, & ad fundum vaſis protrudatur, cum ſpatula ferrea, ſiue

lapi-

lapidea. Notabis autem, pelliculam hanc nigram, ſulphuris calcinati palam ferream dici, cum iſtud ſulphur dicatur ferrum, quod iam in ſubſtantiam terream conuerſum eſt, neque funditur aut aceto magis aſpergitur, ſed in fundo vaſis permanet fixum. Ipſius præparatio tamen nondum finita eſt, cum nondum penitus ab eo remota ſit omnis vnctuoſitas & terreſtreitas. Pellicula hæc quoque pala lapidea nuncupatur, cum ex Philoſophorum lapide generetur. Continuatur autem hæc pelliculartum detractio & ſubmerſio, donec totum ſulphuris corpus in puluerem redigatur. Hoc autem propterea dico, quòd omni die pellicula vna creatur. Sunt autem iſtæ pelliculæ, ipſum oleum ſulphuris. Si vero Saturnus (hoc eſt, ſal album, à ſulphure ſeparatum) fuerit præparatus, maiorem ignis vehementiam requirit, hoc eſt, vt diſtilletur per cineres, cum ignis expreſſione: ſulphur autem balneo præparatur. De hac vero pala, ſiue ſpatula ferrea, ſiue lapidea, quam ſuprà pelliculam nigram appellauimus, itidem de iam dicta fixione copioſe diſſerui, cap. decimo octauo libro ſecundo & in libro inueſtigationis, cap. de præparatione Iouis. Libro autem 3. cap. 14. hanc palam ferream, baculum ferreum nuncupauimus. Totam vero hanc operationem, & breuem praxin tradidi libro primo capitulo octauo ſublimationem noſtræ calcis deſcribens ſub nomine Marchaſitæ, cuius duos ſublimationis modos poſui: Primum, qui ſine ignitione fit, hoc eſt, primo in fimo, deinde in balneo: alterum qui cum ignitione fit, hoc eſt, ipſum ſal diſtillando. Cauſa vero huius duplicis ſublimationis, eſt ipſius ſubſtantia duplex. Prima enim ſubſtantia, eſt ſubſtātia pura ſulphuris, in ſua radice. Altera ſubſtantia, eſt vtilis, vt Mercurius mortificatus, ſcilicet, ſupradictum ſal. Prima ſubſtātia vtilis eſt, vt arſenicū viuū mortificatū, hoc eſt, mediocriter pręparatū. Mercurius enim communis, vtilis non eſt, quia, vt Alb. in lib. de mineralibus teſtatur, cum non mortificetur alijs rebus, non bene commiſcebitur. Accipiamus igitur, hanc vltimam noſtri Mercurij ſubſtantiam. Per hanc enim ex-

cuſamur, ne nobis Mercurius communis aſſumendus ſit, qui multũ laboris & induſtriæ requirit, ad ſui mortificationem. Totus autem ſublimationis modus Marchaſitæ, in hoc conſiſtit, vt ſubtiliter tritum ponatur in aludel, cum aceto diſtillato, & ſublimetur ſulphur ab eo, citra ignitionem, in ſolo fimo, & poſt putrefactionem in balneo ſemper remouendum ſulphur, quod ſæpius eleuatur in forma pelliculæ nigræ. Cum vero ſulphur & acetum, remota fuerint à ſale, & ipſum impoſitum fuerit ſtortæ luto oblinitæ, augeatur ignis ad ignitionem vaſis aludel. Debet autem prima Marchaſitæ ſublimatio fieri in vaſe ſublimationis ſulphuris, donec ſulphur, à ſale ſeparatum, ſit in balneo. Erit autem vas putrefactionis calcis, & calcinationis, & lotionis ſulphuris idem. Deſcripſi autem huius vaſis formã lib. 2. c. 10. his verbis; In fundo vaſis aludel, non ſit magna quãtitas corporis ſublimandi. Multitudo enim calcis, reducta in puluerem, aggrauat, & impedit ſublimationem ſulphuris. Hoc vas itidem in fundo planum ſit, & paruæ concauitatis, vt corpus Marchaſitæ æqualiter & ſubtiliter ſpargatur, ſupra fundum vaſis, vt ęqualiter, et copioſe ab omni parte ſulphuris & ſalis materia ab aceto ſublimari poſſit, & liberè in altum aſcendat. Poſt remotionẽ ſulphuris, quod Mars appellatur, ſal diſtillandum eſt, in vaſe ignitionis, donec inde extrahatur omne ſuũ ſulphur, quod arſenicũ dicitur. Præterea notabis, cũ totũ ſulphur, quod Martis nomine appellari, diximus, ſublimatum fuerit, per multas pelliculas, deinde apparere ipſius colorem verum, hoc eſt, albiſſimum. Poſt ſeparationem vero aceti vnctuoſitas à ſulphure ſeparata aduritur, vt ſulphur. Illud vero, quod poſt lotionem ſublimatur, non inflammatur (vt lib. 2. cap. 2. diximus) neque præ ſe fert aliquam ſulphuris proprietatem, ſed potius argenti viui, ſiue Mercurij mortificati. Quare lib. 3. cap. 2. prope finem, & cap. 18. de lotione Mercurij verba faciens, volui ſubintelligi lotionem huius ſulphuris. Hanc ſulphuris præparationem, antiqui ſub fabula de Hercule, & Antheo occultauerunt. Nam vt Macrobius

bius tradit, veteres per Herculem Solem ſignificarunt, hoc eſt, noſtrum arſenicum. Per Antheum vero, terræ filium, ſulphur noſtrum intelligitur, quod terræ pinguedo eſt. Hi duo finguntur luctari, cum in vaſe commixta in aceto bulliunt, ſunt enim poſt putrefactionem ſimul iuncta. Cum vero ipſum ſulphur, Martis nomine appellatum, cum ſale præparetur, vt ſuprà dixi, propterea etiam arſenicum præparari poterit, quod in profundo cum ſale commixtum eſt Hoc enim demonſtrare volebam lib. 3. cap. 16. Martem, hoc eſt, ſulphur præparari per ſublimationem arſenici. Cum vero arſenicum, ſale commixtum, fortius fit, & ſic ſulphur Anthei nomine ſignificatum, in calcem redigat, & in naturam terream conuertat, fictum eſt Antheum in terram proſtratum. Cum vero hoc modo ſulphur perfectius fiat, magiſque figatur & lucidius reddatur, finxerunt, Antheum proſtratum recuperatis & augumentatis viribus, ſemper fortiorem reſurgere. Hercules vero, hoc eſt, noſtrum ſal cum aqua Mercuriail diſtillatum, quæ per Iunonem: & elementum aeris ſignificatur, ſoluit, attrahit, & ſuſpenſum tenet dictum ſulphur præparatum, in ipſa aqua, & decoctione nigro colore inficit, quod etiam in patefactione poteſt intelligi, vt ex ſequentibus, cum de eleuatione corporum differemus, patebit. De iſta ſulphuris Præparatione, etiam locutus eſt Albertus in 3. lib. de mineralibus, cap. 1. & in ſecundo tractatu, cap. 5. Præterea ſcriptum eſt in lib. de vaporibus, arſenicum, ſiue auripigmentum, duas habere vnctuoſitates, quemadmodum, & ſulphur. Remouetur autem ab ipſo, vna iſtarum duarum vnctuoſitatum, lotione in vrina, lixiuio, aceto & lacte caprino. Sunt enim iſtæ lotiones acutæ, & vnctuoſitatem ab eo auferunt. Per iſtas lotiones acutas, intellige acetum cum ſale. Auicenna in epiſt. ad Harſ. Philoſophum ſcribit magna diligentia contendiſſe ſe, vt à ſulphure & arſenico totum hoc auferret, quod argentum deni

grat,

grat. Cum vero ſulphur præ cæteris mineralibus omnibus melius ſit, tandem viam ad hoc inueniſſe ſe, ſcilicet vt decoqueretur lento igne, nec tamen virtus ignea in ipſo aduratur, ſed potius extrahatur, & virtuti igneæ & ſulphuris ſubſtantiæ per ignem nihil detrahatur, ſed ſola vnctuoſitas conſumatur. Præſtat autem ſulphur cæteris ſpiritibus metallicis, quòd magis fixum ſit, & tinctura rubedinis. Per argentum vero, quod vnctuoſitate ſulphuris decoquitur, intelligitur albedo, ſub rubedine ſulphuris occultata. Raſis in lib. de diuinitate, huius præparationis mentionem faciens, iubet oleum auferre ſpongia, quod ſupernatauerit, tam diu, donec nulla nigredo appareat magis, & rotunda nubecula aſcendat, quæ relinquenda eſt, donec ipſius ſublimatio ſit firmata, deinde vnam nubeculam poſt aliam accipiendam, & in aquam ebullientem ſubmergendam eſſe, donec omnes nubeculæ fuerint conſūptæ, has enim ſulphuris oleum eſſe ſcito. Eſt autem huius ſermonis verus ſenſus, vt intelligamus, quàm primum pelliculæ ſupra acetum eleuatæ fuerint, & firmatæ, tum leniter vas mouendum eſſe, aut quouis alio modo pelliculæ, ad fundum propellendæ, & hoc ſingulis pelliculis, quæ eleuantur, fieri debere, donec appareat, ipſas mundatas, et purgatas eſſe.

DEM. Miſsa faciemus hæc paulisper, nondum enim mihi aperte demonſtraſti: vnde, & ex qua materia iſtos ſpiritus accipiam & perueniam ad principia naturalia, arti noſtræ propinqua.

GEB. Tuæ cogitationes non erunt variæ, ſi exiſtimaueris, principia hæc naturalia, digeſta, coagulata, & quaſi fixa, noſtræ arti propinqua, & vt in ſubſtantiam ſulphuris, & argenti viui ſiue etiam Mercurij couertantur aptiſſima, in vlla re inueniri poſse, quàm in ipſis mettallis.

DEM. Certe idem dicere volebam, vnum tamen eſt quod me ſuſpenſum tenet.

GEB. Si mihi animum tuum aperies, facile omnem

nem ſuſpitionem tibi eximerem.

DEMORG. Audiui, elixir vegetabile, animale, & minerale eſſe: quomodo fit igitur ex metallis, quorum ſubſtantia mortua eſt, neq; ſimile ſibi generare poteſt?

GEB. Elixir vegetabile dicitur, creſcit enim per multiplicationem in virtutę & quantitate. Animale vero dicitur, quòd proiectum ſuper metalla, ea ſibi ſimilia faciat. Minerale autem dictum eſt, quòd ex mineralibus ſiue metallis fiat; & adhuc, quod aurum & argentum generare, ſit metallorum ſingularis proprietas. Poſsũt tamen & elixir & lapis noſter metallicus vegetabilia dici, propterea quod generata ſunt è ſale, quod vegetabile dicitur. Hoc enim generatum eſt virtute caloris, & vegetare dicitur omnes res, aut quod iſtud ſal primo viride faciat, vt herba ſiue planta: & vitriolum hanc ob cauſam, & aquam viuam appellauimus. Animata vero propterea dicuntur, quòd in eorum compoſitione anima interueniat, hoc eſt, tinctura, quæ arſenicum dicitur, & æs de quo in libr. cui titulus eſt, Turba Philoſophorum, ſcriptum inuenies, noſtrum æs ſimile eſse homini qui animam, corpus et ſpiritum habeat, tinctura rubea dicitur anima. Subſtantia vero ſulphurea, et quaſi fixa corpus eſt. Spiritus vero dicitur natura volatilis, antequam figatur, et firmetur. Dicuntur autem mineralia, quòd metallica ſint, aut quòd in ſe ſulphur illud habeant in quo virtus metalica conſiſtit. Ariſtoteles in epiſtola ad regem Alexandrum, iubet vt lapidem vegetabilem animalem et mineralem accipiamus. Videmus autem Alchemiæ artifices ex metallis medicinas plus aut minus facere perfectas, quibus tranſmutare et tingere nouerunt metalla quædam in auri, et argenti colorem. Cum vero in omni genere, in quo iſti gradus perfectionis inueniuntur, neceſſe eſt perueniri ad vnum ſingularem, qui ſupremum et perfectiſſimum gradum teneat perfectionis in eo genere, vt Ariſtoteles affirmat lib. 10. Metap. et quoque in hac arte neceſ-

ſa-

ſarium, vt inueniamus vnam medicinam mettallicam perfectiſſimam, quæ traſmutare poſſit metalla imperfecta, in verum aurum, & argentum, propterea quòd hæ res, quæ in ſubſtantia affinitatem habent per mutuam corruptionem, vna in alteram tranſmutari poſſit, vt videmus in commixtione elementorum. Cum vero omnia metalla (vt ſuprà oſtendimus) ex vna & eadem ſubſtantia generata ſint, et nulla differentia inter ipſa ſit, præter accidentia et maiorem minoremuè digeſtionem: ergo accidentia remouendo, et partes indigeſtas ſufficienter digerendo, vnum in aliud, quod ſuper cætera perfectiſſimum fuerit, tranſmutari poterit. Et in hoc, artificium naturæ operationem vincit. Artificium enim poteſt metalla intimè purgare, quod natura non poteſt aſſequi. Eadem eſt ſententia S. Thomæ. Is enim in principio quarti libri. Metho. dicit metalla transmutari poſſe vnum in aliud, cum naturalia ſint & ipſorum materia eadem. Propter hanc cauſam poſuit Hermes circulationem inter metalla. Ego quoque multis in locis monui, hanc medicinam ex metallis fieri debere; & hoc omnes Philoſophi affirmant.

DEM. Tam euidentiſſimis rationibus, & argumentis adducor, vt tandem credam elixir, ex metallis faciendum eſſe. Debet autem ex omnibus ſimul, vel ex vno ſolo fieri.

GEB. Cap. 5. libri primi dixi, artem noſtram ad finem perfectionis non perduci, rerum copia ſiue multitudine, cum ea ſit vnicus & ſolus lapis & materia vnica, in qua totum magiſterium conſiſtit, cui nihil omnino adiungitur, aut ab ea aufertur in aliqua parte, exceptis ſuperfluitatibus, quæ in præparatione ſeparantur. In hanc ſententiam loquitur Hali Philoſophus dicendo, totum artificium in vno lapide contineri, cui nihil addatur aut commiſceatur in toto aut in parte, hunc à Philoſophis & ſapientibus in opus aſſumi, & ignem ab eo exhalare, donec opus perficiatur. Morienus idem teſtatur: dicit

cit enim omne hoc, quod à Philoſophis requiratur, vnam ſolam eſſe rem, patrem & matrem habentem, & ab ipſis creatam & nutritam, & ſui ipſius eſſe patrem & matrem.

DEMORGOR. Hoc quid ſit nunquam diuinabo.

GEB. Dixi prius in metallorum generatione, ſulphur tanquam patronus ſeminis vicem gerere, Mercurium autem menſtrui fœminei. Præterea ſenior Philoſophus ſcriptum reliquit, eam rem, quam Philoſophi quærunt, vnam rem eſſe, quam omnium rerum rubearum nomine appellauerunt, & omnium corporum & ſpecierum quæ manibus hominum tractantur. Alio loco idem dicit, lapidem Philoſophorum vnum eſſe, qui in ſe habeat omnem naturalem præparationem, & omne id quod ipſi neceſſarium ſit, de corpore, de ſole, aqua, ſpiritu, anima & tinctura. Dicitq́ præterea Arnoldus in epiſtola ad regem Neapolitanum, lapidem Philoſophorum eſſe rem vnam & vnius naturæ & in ipſo contineri omne id, quod ſibi neceſſarium eſt, & in ſe quoque habere illud, à quo melioratur. His grauiſſimis Philoſophorum ſententijs victus, ſine dubio credis, elixir fieri debere ex vna ſola re radicali, ex vno metallo ſolo, quod lapis dicitur, eam ob cauſam, quod in formam lapidis reductum ſit, fiunt præterea ex iſto lapide gemmæ, & medicinæ, quibus primi patres vitam Ade longæuam produxerunt, hoc eſt, quinta eſſentia & aurum potabile. Fiunt enim hæc omnia ex eadem materia quemadmodum à Raymundo traditum eſt, in libro ſecretorum naturæ & in cœlo philoſophico.

DEM. In preœmio libri inueſtigationis dicebas, elixir ex multis corporibus, ſiue ex multis rebus fieri.

GEB. Eodem loco huic obiectioni reſponſum eſt his verbis: Ex quacunque re fiat elixir album aut rubrum, tamen in ipſo non eſt aliud, præter ſulphur &

Mer-

Mercurium, ex quibus rebus niſi ambo fiant coniuncta, nulla alia re fieri poteſt, neque per ſe. Cum igitur vnum alteri ita firmiter inſit, manifeſtum erit, elixir non ex pluribus, ſed ex vno ſolo metallo fieri, cum omnia ex ſulphure & Mercurio compoſita ſint. Dicitur autem elixir ex multis rebus fieri, propterea quòd ex ſulphure, arſenico & Mercurio componatur, cum quibus quemadmodum etiam cum diuerſis coloribus, in ipſorum præparatione apparentibus, multæ res quandam ſimilitudinem habeant, tamen negare non poſſumus, in opere breuiori, vbi plures viæ ſunt ibi diuerſa metalla poſſe concurrere. Verum in opere maiori vnum ſolum, virtutem et potentiam propinquam habet, vt in elixir conuertatur. Propterea dixi lib. 2. cap 2. ſi ſpiritus ſublimaueris ex calce alicuius metalli, ſublimationem facilem, aliàm vero difficilimam eſse, & plurimi labori, & longi temporis, adeò vt ad deſperationem ferè perducat incautos.

DEM. Præfertur igitur in hoc opere cæteris metallis aurum?

GEB. Ob quam cauſam?

DEM. Quòd cæteris metallis virtuoſius, & perfectius, minus corruptibile & combuſtibile ſit, fuerunt enim ſuæ partes ſubtiliſſimæ homogeneæ, & puræ, ſic vnitæ, & compactæ, vt pars terreſtris à combuſtione per humiditatem defendatur. Humidum vero adeò firmiter à terreſtreitate comprehenſum eſt, vt in fumum per vaporationem minime exhalare poſſit. Cum igitur per ſe adeo firmiter omni corruptioni reſiſtat per diſtillationem ad vltimam puritatem, & ad extremam ſubtilitatem & ſimplicitatem reductum, multo incorruptibilius erit, & in potabilem ſubſtantiam conuerſum longiſſimo tempore corpora humana à corruptione conſeruabit; & hic eſt ſcopus & fundamentum eius libri, quem de ligno vitæ ſcripſi. Hac ratione medici auro vtuntur in multis morbis, præcipue vero in atrabilarijs & in tremore cordis: nec tu

mihi

nihi videris ab hac ſententia diſſidere, cum 17. cap. primi libri, auro vim lætificandi cor tribuas, & quòd corpus in longa iuuentute conſeruare poſſit. Hac ex cauſa veteres Poetæ finxerunt Phœbum ſiue Apollinem inuentorem medicinæ fuiſse, & herbarum vires homines primum docuiſſe. Nec putabis citra rationem factum, quòd aurum cæteris metallis præferendum diximus. Veriſimilius enim eſt, elixir ex auro, quàm alio metallo fieri, cum hoc cætera metalla in aurum tranſmutare debeat; facilius enim tranſmutantur inter ſe, quæ aliquam cognationem ſiue affinitatem habent, quod Ariſtoteles quoque affirmare videtur. Dicit enim in 7. Metaph. omne generatum ex ſuo ſimili generatum eſse. Tu quoque affirmas lib. 1. cap. 17. aurum tincturam eſse rubedinis, & aurum corpus transformare, & tingere poſse, propterea plures Philoſophi aurum fermentum rubedinis vocant. Perfecta autem corpora, perfectiora fieri, & ad ſubtilitatem & ſpiritualitatem reduci poſse, tu ipſe affirmaſti in lib. inueſtigationis circa finem.

GEB. Satis acutè & ingenioſe Philoſopharis, ſed auri naturam non ſatis probè conſideraſti. Nam (vt lib. 3. capit. 4. tradidi) cum aurum ex ſubtiliſſima & clariſſima Mercurij ſiue argenti viui ſubſtantia generatum ſit, parum ſulphuris habens, & rubedinem puram, tam fixum & clarum & à ſua natura ſit, ipſum tingente. Quare ſulphur hanc qualitatem minime ſeruare poterit, niſi ad vltimam formam & permanentem tincturam peruenerit, vt elixir. Ergo neque natura neque arte mutabitur, aut aliquo modo per ſe debitè meliorabitur abſque commixtione alterius tincturæ. Et ſi fortè aurum præparatione aliqua colore augeatur, hoc fit ipſa tinctura, intra aurum occultata, foras pertracta. Et ſi hanc à ſuo Mercurio ſeparaueris, tantundem Mercurij cum eo tingebis, & non plus, hoc idem affirmante Agrippa, propterea quod aurum non habeat plus tincturæ quam ad tinctu-

ćturam ſui Mercurij opus ſit, vt Arnoldus in Roſario tradit, quare vanũ eſſet hanc tincturam in auro quærere, cum in eo tam pauca ſit quantitas, & ipſius vtilitas nulla. Propterea dixit Albertus libro 3. de mineralibus capit. 7. Alchemica operatione aurum non permutari. Et hæc eſt ratio veterum Philoſophorum, & antiquorum quorundam Alchemiſtarum, auri ſpeciem tantummodo formam eſse metallorum; cætera vero metalla omnia, incompleta, ea vero in via eſse vt ad ſpeciem auri accedere poſſint, vt res incompleta, quæ in via eſt vt ad perfectionem perueniat. Propterea dixerunt imperfecta iuuari poſse artificio, vt tandem ad perfectionem peruenirent; quemadmodum ſemina adiuuantur terræ cultura; aurum vero cum determinatum & completum ſit magis, conuertibile non eſt in aliud metallum. Nam Ariſtotele & ipſius commentatore affirmantibus lib. 7. Philoſophiæ, nulla res mouetur ad formam aut perfectionem, niſi prius aliquam partem imperfectam illius formæ in ſe habuerit ad quam moueatur. Nouimus enim ſperma ſe non moturum vt formam hominis acquireret, niſi prius in ſe hominem in virtute contineret, ſi enim hoc, iam homo, eſset completus; non eſſet principium motus, ſed potius quietis. Propterea dicit Ariſtoteles exiſtente ſpecie in materia ceſſat motus. Fit enim motus per priuationem ſpeciei, quæ eſt in ipſa materia. Cum enim à natura ita comparatum ſit, vt imperfectum in quantum imperfectum eſt, naturaliter deſideret perfectum fieri: Igitur priuatio in ipſo relinquit naturale deſiderium, vt fiat perfectum. Hoc autem deſiderium principium eſt tranſmutationis, vt Rogerius Bacho tradidit. Ergo quum aurum in ſpecie metallica perfectum ſit, in ſe hanc priuationem & deſiderium hoc non habebit ad formam & ſpeciem metallicam.

DEM. Concedo aurum commune perfectum eſſe in ſua ſpecie, comparatum vero ad elixir imperfectum erit, vincit enim naturæ operam artificium.

GEB. Dico aurum perfectius eſſe metallum quam elixir; hoc enim quantumcumque firmiter in ſe retineat ſubſtantiam metallicã, propterea tamen metallum non eſt, cum ſit fragile, & ex ſolis ſpiritibus compoſitum, & eius tinctura communem tincturam metallicam excedat.

DEM. Cum ad compoſitionem elixir vnicum metallum requiratur, ſolum; & maxime neceſſarium ſit, quod accipiam ſpiritus auri, qui mundi, puri, & fixi ſunt, cæterorum vero metallorum immundi & volatiles.

GEB. Et hoc certiſſimum indicium eſt, iſtos ſpiritus auri, eos non eſſe de quibus ſcripſi in omnibus libris meis de Alchemia. Diximus enim Mercurium, ſulphur & arſenicum ante præparationem ſpiritus eſſe immundos, combuſtibiles & volatiles, præterea tradidimus quomodo terreſtreitate, aquoſitate, ſulphuritate, vnctuoſa & adurente repurgare poſſint, hæc autem in auro non inuenis. Scribit præterea Albertus lib. 3. de mineralibus cap. 6. metallum à metallo generari non poſſe, hoc eſt, ſpecies permanebit in prima ſubſtantia metallica. Quare ergo capite prædicti libri non citatur author iſto modo procedere, inquit, ſcilicet, vt corrumpendo & remouendo aliquid in ſua ſpecie, cum adiutorio eorum quæ ſunt in natura metallica, inducant ſpeciem alterius metalli. Propterea inter omnes Alchemiſticas operationes eam tum meliorem, tum principalem eſſe, quæ per eadem principia procedat, per quæ ipſa natura procedit. Quæmadmodum per præparationem ſulphuris, per decoctionem & ſublimationem & purgationem argenti viui ſiue Mercurij. Iſti vero qui metallis albis dealbant, & citrinis citrino colore inficiunt remanente prima ſpecie metalli, ſine dubio impoſtores & deceptores ſunt, neque verum aurum, ſiue argentum facere poſſunt. Præterea dicit Ariſtoteles, veram tranſmutationem metallorum fieri non poſſe, niſi reducantur prius in materiam primam, hoc eſt ad naturam ſalis ſiue vitrioli, quod

citra calcinationem minime fieri poteſt, vt in libro Teſtamenti ſatis aperte docuimus. Cum autem argentum debite calcinari non poſſit, vt lib. 3. cap 9. diximus, cum vera calcinatio fiat abſque commixtione alicuius rei, niſi cum proprio & innato ſulphure combuſtibili, vt lib. 1. cap. 13. & lib. 3. cap. 6. diximus. Iſtud vero ſulphur combuſtibile cum in auro non ſit, vt lib. 4. cap. 15. ſufficienter oſtendimus, igitur aurum debite calcinari non poterit, rationem hanc deſcripſimus lib. 3. cap. 6. dicendo eam rem cui conuenerint tres cauſæ corruptionis loco ſuprà citato enarratæ, maxime corruptibile eſſe in quo vero omnes minime conueniant velocitatem corruptionis remitti, quantum ipſæ dictæ cauſæ remittuntur in auro vero harum cauſarum nulla eſt, quare ita, vt decet, non corrumpitur. Propterea diximus lib. 3. cap. 4. aurum habere ſubſtantiam fixam & abſque ſulphuritate comburente, vt per omnem operationem ipſum in igne facile cognoſcimus: nam neque minuitur, neque inflammatur. Propterea fruſtra quis tentaret aurum citra aliquam rem extrinſecam calcinare, diximus igitur lib. 1. cap. 17. aurum calcinari & ſolui abſque vtilitate.

DEM. Arnoldus in lib. perfecti magiſterij dicit reductionem metallorum in materiam primam facilem eſſe, igitur tranſmatatio quoque facilis erit.

GEB. Arnoldus de auro communi non loquitur, hoc enim niſi cum magna difficultate deſtruitur propter ſuam fortem compoſitionem, vt lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 7. oſtendimus, quomodo & ex quibus metallis noſter Mercurius extrahi debet, & quantumuis in eo loco aurum minimè aperte à nobis excludatur, concedendo tamen ſublimationem Mercurij commodiorem eſſe, ex metallis cum quibus minime conueniat. Certiſſimum vero eſt Mercurium cum omnibus metallis minus conuenire quam cum auro, vt lib. 3. cap. 2 & 4. oſtendimus. Quare Mercurius ex cæteris metallis præter aurum multo commodius extrahitur. Quo pacto enim elixir ex anro fieri poterit, cum omnium

Philo-

Philoſophorum conſenſu hoc ex materia viliſſima fiat, vt Morienus Philoſophus aperte his verbis oſtendit, cum dicit huius operæ neceſſaria minimo comparanda eſſe precio, ea præcipue vero in operatione auri.

DEMORG. Quid reſpondes ad meam ſcrutationem?

GEB. Dico humidum radicale reliquorum metallorum æque virtuoſum & incorruptibile & incombuſtibile eſſe vt auri. Quod Albertus nobiſcum affirmat, lib 3. cap. 2. de mineralibus, cum dicit, Vidimus omnia metalla etiam in vehementiſſimo igne retinere humidum radicale. Idem confirmauimus nos in lib. 1. prope finem: Noſtri medici aurum ſuis medicamentis commiſcentes abſque ratione hoc faciunt, cum enim ignis quamuis vehementiſſimus hoc minime corrumpere poſſit, multo minus in ſtomacho digeretur. Veteres autem Philoſophi & Poetæ aurum extollentes & magni facientes non locuti ſunt de noſtro communi auro, ſed de auro Philoſophorum. Nam commune aurum ita vt decet nullo modo diſtillari aut ſolui poteſt, Igitur neque in ſal debito modo tranſmutari poterit, ſuprà oſtendimus. Præterea quum dicis certis rationibus demonſtrari poſſe, elixir ex communi auro fieri debere, huic ſententiæ tuæ hoc reſpondeo. In opere quidem breui, in quo neque ſolutio aut coagulatio auri requiritur aurum cæteris metalis anteferendum, verum in opere maiori cum metalla in eorum materiam primam reducenda ſint, in qua nulla differentia eſt, vt ſuprà oſtendimus, aurum cæteris metallis non debet præferri, neque id concedimus omnia metalla æqualiter in hoc conuenire, vt apta ſint ad compoſitionem elixir, cum vnicum tantum metallum in ipſa mineram ſingularem qualitatem acquiſiuit, vt cæteris aptius fieret in ſua ſubſtantia, vt propinquius ad artem noſtram accederet præ ceteris metalis omnibus. Alteri tuæ rationi reſpondendum puto, Ariſtotelem locutum de generatione propria & vniuoca

animalium, in generatione quæ per corruptionem generantis fit, ſufficit generans generato ſimile eſſe virtute, & potentia, vt ſuprà diximus de ſemine humano. Hinc concludimus noſtrum lapidem ex quo elixir fieri debet, aurum potabile, quintam eſſentiam; aurum & argentum eſſe virtute, & potentia propinqua. Hoc affirmat quoque Arnoldus in epiſtola quadam ad regem Neapolitanum, dicit enim in dicta compoſitione ſiue lapide noſtro, Solem & Lunam in potentia eſſe & virtute, niſi enim hæc in ſe contineret, neque aurum, aut argentum ex eo fieri poſſe, huic autem Solem & Lunam vulgari auro & argento minime comparandã eſſe, cũ hæc magno interuallo ſuperent virtute. Sunt enim Sol & Luna in hac compoſitione contenta, viua, hoc eſt vegetabilia: Vulgaria autem morua & ſuis viribus extincta. Illa vero finita ſunt, propter quem finem Philoſophi antiqui lapidem noſtrum Solem & Lunam nominauerunt, cum hæc in ipſo lapide potentialiter non viſibiliter contineantur: & Philoſophi dicentes, aurum tincturam eſſe rubedinis & fermentum rubedinis; de auro Philoſophorum, hæc debent intelligi, quod ſulphur eſt ſua caliditate & feruens & coquens, digerens & tingens ſuum Mercurium, quemadmodum etiam noſtrum elixir tingit, & transformat noſtrum Mercurium in multiplicatione, & verius fermentum eſt. Quod præterea dictum eſt à me, corpora perfecta meliorari poſſe & fieri perfectiora, hoc neque de auro aut argento communi intelligendum, ſed de ipſo elixir quod meliorari & ſubtiliari poteſt per multiplicationem, ſolum Mercurium ipſi coniungendo. Per corpora perfecta etiam indicare voluimus ſulphuris ſpecies præparatas, quæ auri nomen ſortite ſunt à rubedine, & ab albedine argenti, hæ autem præparari debent ſuo ſale, & aceto, deinde ſubtiliantur & ſoluuntur cum ſale armoniaco, hoc eſt, cum aqua de ſuo ſale. Diximus enim lib. 2. capit. 15. cauſam inuentionis aquæ ſubtilis & acutæ neceſſita-

tem

tem fuiſſe ſubtiliandi iſtos ſpiritus, qui ante præparationem neque fuſionem neque ingreſſum habebant, & nos vtilitate magna priuabant, hoc eſt ſpirituum fixorum, & quæ ipſorum naturæ ſunt. Arſenicum eſt naturæ ſulphuris, vt lib. 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 12. diximus. Cauſa vero inuentionis aquæ puræ fuit imbibitio ſpiritum & medicinarum mundarum hoc eſt ſulphuris præparati.

DEM. Facies mihi rem ſanè gratiſſimam, ſi mihi declaraueris quid rei ſit aurum philoſophorum & aurum potabile.

GEB. Sulphur eſt ſubtiliſſimum, purum & radicale: quod arſenicum ſuprà nominauimus, nam in Alchemiæ ſpeculo ita ſcriptum inuenies, Sulphur noſtrum aurum bonum, & purum eſſe. Præterea dicit Raſis in libro luminis luminum, oleum rubrum colorem aſſumens, ſulphur eſt & æs, & ſoli auro comparatur. Senior Philoſophus in eadem eſt ſententia, dicit enim aurum huius lapidis eſſe Philoſophorum, & tincturam animam in ſe habentem, cum qua ſpiritus aſcendunt. Alio loco idem dicit, aquam diuinam ſpiritualem eſſe, in qua anima continetur quæ aurum dicitur. Idem dicit alio loco. Hermetem aquam albam aurum nominaſſe, quòd animam habeat tingentem, natam ex illa aqua alba, & alio loco dicit, aquam veteres animam nuncupaſſe, quam Hermes aurum appellauerat, cum diceret, ſe ſeminare aurum in terram foliatam.

DEM. Quid voluit ſignificare per hanc terram foliatam Hermes?

GEB. Argentum viuum Philoſophorum præparatum, cui hoc aurum coniungi debet; aut hanc terram foliatam intelligemus potius ſulphur eſſe, quod ſublimatur auri, & argenti folijs & diuerſis coloribus, propterea diximus ſulphur cum ſuo ſimili tincturam facere. De iſta anima quæ aurum dicitur, loquitur Hermes, cum dicit, hanc ventum in ventre ſuo portare.

DEMORGOR. Non intelligo quid ſit hic venter, & ventus.

GEB. Albertus lib. 1. de mineralibus cap. 3. hoc declarat & oſtendit, Hermetem dixiſſe ventum portare in ventre ſuo animam, quando materia noſtra vaſe imponitur & diſtillando elicitur, ex alembico liquor aqueus aut oleum potius cum omnibus elementorum viribus. Vento enim ſignificatur fumus albus, qui intra ſe portat fumum rubrum, qui anima dicitur, & aurum, æs, Venus, numus, arſenicum, vitrum, vitriolum, ignis, oleum, ſulphur, aqua viridis, Leo viridis, viride æris, vinum, ſanguis humanus, ſanguis dæmonis, auripigmentum, aqua permanens, & alijs diuerſis nominibus. Propterea dixit ſenior Philoſophus, hanc diuinam aquam nominum omnium rerum humidarum appellari, vt aceti, vini, lactis, pinguedinis & ſanguinis & ſpermatis, ſic etiam nomine omnium tincturarum & florum ſimiliter nominari, & per hanc animam lapidis intelligunt quam exaltauerunt, hoc eſt, ſublimauerunt in iſta aqua. Propterea alibi dicitur à iam citato Philoſopho, ſermone omnium Philoſophorum in hanc tincturam ſolam conuenire, quam extraxerunt ex ipſius anima, quam appellauerunt animam & genitum & regem, & hoc genitum pinguedo eſt, quare animam & aurum appellabant, quum habeat animam rubram in albedine occultatam, hoc eſt, in aqua alba ſpirituali, quam extraxerunt ex ſuo lapide. In libro philoſophorum turbæ ſcriptum eſt, numum noſtrum rubrum aurum appellari. Dicit autem Philoſophus Mirois, tamdiu coquendum, donec ipſius humiditas eleuata ſit in alembicum, quum ſit ſudor ſimilis auro, & in cœlo Philoſophorum hæc verba leguntur, Ignem quidem augendum eſſe ad 4. gradum vſq; vnius horæ ſpatio, & egredietur aqua coloris aurei. Hæc aqua aurea pluuia eſt, in quam Iupiter ſe conuertebat, & ſeorſim ſeruari debet, nam in ipſa aurum potabile continetur. Quum lib. 1. cap. 17. dixiſ-

ſum

ſem, omne illud quod radicaliter mundificare, & colore citrino metallum tingere poterit, ipſum poſſe aurum facere ſignificare volui radicem metalli diſtillatum aurum eſſe philoſophorum. Auicenna in libro de mineralibus dicit, ſal armoniacum totum ſublimari, & aquam eſſe cui commiſceatur fumus calidus, & multum ſubtilis, & plurimæ humiditatis. Et lib. 3. cap. 9. Saturni noſtri mentionem facientes diximus, nihil ab eo in fumum reſolui, quod animaduerti poſſit, quòd non ſit coloris citriniſſimi. Et loco prædicto diximus, adhuc quum fumus aſcendit, neceſſario ipſum aſcendere vnà cum ſulphure non adurente cuius proprietas retinere citrinitatem. Præterea cap. 8. de noſtro Ioue verba facientes diximus, hos diligenter aſpexiſſe fumum ab ipſo eleuatum magna ignis expreſione, & obſeruaſſe hunc ad citrinitatem accedere, cũ hoc ſit proprium ſulphuris calcinati, arbitrantes certiſſima & infallibili coniectura, hunc fumum multum de natura ſulphuris fixi retinere.

DEMORG. Dubium me facis & incertum, quod enim ſuprà de Saturno dixiſti, hoc nunc Ioui tribuis: ſunt igitur Saturnus & Iupiter vnum, & idem?

GEB. Iſti duo vnum ſunt ſal ex noſtro metallo extractum, quod Raſis affirmat his verbis, cum dicit: Cum acceperis corpora plumbi, & ſtanni, his commixtis extrahere poteris oleum, (hoc eſt ſulphur) & Mercurium quæ natura coniunxit. Philoſophi autem per ſimilitudines rerum loquentes iubent nos hanc aut illam rem accipere & commiſcere, cum tales res minime accipiendæ ſint; ſed hoc faciunt, vt oſtendat in noſtro lapide aliquid eſſe, quod eius rei ſimilitudinem habeat. De ſuprà dicto oleo mentionem feci lib. 2. capit. 12. cauſam inueſtigationis ipſius feciſſe, vt haberemus ſuum colorem, dicens. Albertus lib. 4. Metheororum, tractatu 3. capit. 13. in mentione ſupradicti fumi aut vaporum dicit: per naturam mixti, ſicum continere hu-

midum, vt ſine ipſa in vaporem exhalare non poſſit, humidum vero ſicco addit quandam ſubtilitatem, vt cum ipſo auolare poſſit. Et nos diximus adhuc lib. 1. capit. 10. ipſa corpora, hoc eſt, ſulphuris ſpecies, ſimul cum ſpiritibus, ſcilicet Mercurialibus fugere ab igne, hoc eſt imi ſpiritus fixi non ſunt, inſeparabiliter vero commixti ſunt in profundo corporum, ſuperat enim pars volatilis partem fixam. Præterea dicit Arnoldus in Roſario, illum qui non nouerit aurum conuertere in argentum, numquam poſſe argentum in aurum conuertere, è contrario.

DEM. Quomodo argentum in aurum poſſit conuerti, ſcire per maxime cupio; vt vero aurum in argentum conuertatur, parum habeo.

GEB. Philoſophus ſenior ſcribit, veteres philoſophos cum dicerent dealbatum aurum, commune aurum non intellexiſſe. Quum vero philoſophorum aurum quod rubum eſt dealbatur, dicitur in argentum conuerſum eſſe, & argentum nominatur. Idem de ſulphure intelligendum, conuerſum vero in albedinem, poſtea vero longa decoctione ruffeſcens, dicitur argentum in aurum conuerſum eſſe. Præterea in libro turbæ Philoſophorum ſcriptum eſt, nullam tincturam fieri poſſe, niſi ex prædicto noſtro ære: hoc autem niſi conuertatur in albedinem donec tinctura fiat, nihil efficies.

DEM. Fateor me tibi haud parum debere, obligatumque eſſe quàm plurimum atque deuinctum tanto beneficio, quòd tanti ſecreti me feceris participem, fui enim hactenus, cum multis in eo errore, vt crederem elixir, & aurum potabile ex auro communi fieri debere.

GEB. Quemadmodum pueri, ita tu rebus quoque aſpectu pulchris delectaris. Noſtra autem quinta eſſentia ex lapide turpi deformi fit primo intuitu, interius vero in occulto pulcherrimo.

DEM. Cum pro tua ſingulari humanitate, haud grauate mihi declarraueris, quid aurum potabi-

le

le & philoſophorum, vt mihi etiam paucis oſtendas quid ſit quinta eſſentia, rogo. Si enim rectè iudico, præſtat ſanum longo tempore viuere, quàm opibus abundare.

GEB. Verum dicis. Eſt autem quinta eſſentia ſecundum Marſilium Ficinum in libr. de triplici vita, ſpiritus animæ mundi. diffuſus per partes corporeas & elementales.

DEMOGORG. Explicatio hæc nimis obſcura eſt.

GEBER. Dixi tibi iam ſæpius in vna diſtillatione duos fumos diſtillari à materia noſtra, rubrum & album, hi ambo dicuntur quintæ eſſentiæ, dicitur autem fumus rubeus vltra ſuprà dicta nomina quoque anima vini, vt Ioannes de Rupeſcilla tradidit his verbis, Appellamus autem quintam eſſentiam vini, animam, vinum autem noſtrum aurum eſt Philoſophorum. Aut fumus albus, qui in ſuo ventre portat vinum rubeum in diſtillatione, propriè & verè quinta eſſentia dicitur, de qua philoſophi locuti ſunt. Dicit enim Arnoldus ſeparatis elementis, reſtare certam quintam eſſentiam quandam quæ ſpiritus lapidis dicitur. Hæc autem neque elementum eſt, neque in ſe elementalem qualitatem habet actu, ſed virtute: actu enim neque calida aut ſicca eſt, vt ignis: nam infrigidat & ſanat morbos frigidos, neque calida aut humida eſt vt aer, qui facilè corrumpitur, vt tempore peſtis, & in generatione ranarum, & ſimilium videmus, quæ ex corruptione aeris generantur. Poteſt enim quinta eſſentia ex metallis præparata, ad decem millia annorum conſeruari abſque corruptione, modo in vaſe vitreo diligentiſſimè, ne reſpiret, obturato, reſeruetur. Propterea Hermes, Plato, Socrates, & multi Philoſophi qui hanc nouerunt, ipſi perpetuitatem attribuerunt, & qui ea vterentur non morituros, cum tamen & ipſi Deo ita volente, vt reliqui mortales quoque mortui ſunt.

DEMOGORG. Ergo vanum eſt hac vti medicina.

GE-

GEBER. Vanum eſſet, nec poſſibile hominem, vt tranſcenderet vitæ naturalem terminum, laborare, hic terminus poſſet tamen ad quingenteſimum extendi, vt primis antiquis patribus conſtitutum erat: quemadmodum vero homo multis modis conſtitutum vitæ terminum morbis circumuentus minime attingere poteſt, & vitæ ſpatium abbreuiare poteſt, eodem modo poterit impedimenta hæc remouendo vitam prorogare, vt tandem naturæ ſuæ vitæ conſtitutum terminum attingat. Inter cætera vero remedia omnia quibus vitam producimus, hæc quinta eſſentia præparata præſtat, vt apertè ſatis demonſtratum eſt in Dialogo noſtro, cui titulus eſt, Lignum vitæ, dat enim homini vitam. Raſis in lib. luminis luminum dicit, aquam deſcendentem è maiori petra à Philoſophis aqua vitæ nominari & cœlum, nam quinta eſſentia ſimplex eſt & incorruptibilis & ſeparata à materia elementari, neque frigida, aut humida eſt, vt aqua elementalis, ardet enim ante coagulationem, igitur à philoſophis aqua ardens nominatur: præterea neque frigida, neque ſicca eſt, vt terra, vt manifeſtè depræhendimus; calefacit enim plurimum & curat infirmitates melancholichas, quæ frigidæ ſunt & ſiccæ, & formam habet aquæ limpidiſſimæ, & ſubtiliſſimæ. Varijs nominibus à Philoſophis appellatur, ex proprietate aut ſimilitudine aliqua aſſumpta. Sunt enim qui Mercurialem aquam quoque appellant, quòd à Mercurio ſit diſtillata; aliqui Mercurium ſolutiuum vocant, ſoluit enim corpora, hoc eſt, ſui ſulphuris ſpecies. Propterea dixi lib. 1. cap. 17. Aurum, hoc eſt, ſulphur ſuprà nominatum, facile frangi, hoc eſt, ſolui cum ipſo Mercurio & odore, hoc eſt vapore, plumbi, hoc eſt noſtri ſalis, & Aquila, quòd volare poſſit ſupra omnes ſpiritus. Dicitur etiam aer propter ſubtilitatem, & ſal Armoniacum, quòd ſal diſtillatum ſit, & propter conſonantiam, & homogeneitatem. Significarunt quoque hanc antiqui Philoſophi nominibus pernicioſorum & ferocium animalium vt ſerpentis, Draconis, Leonis, Viſi, Baſi-

liſci,

ſciſci, & ſimilium, propter ipſius naturam horribilem & venenoſam ante conuenientem digeſtionem. Propterea quoque aqua fœtida nuncupatur, eſt enim amara & fœtens ante coagulationem.

DEMOGORG. Suſpicor te tacite ſubindicare velle horribilitatem, & fœtorem ab ea remoueri per ignem cum amaritudine; verum quomodo fieri poſſet, non video, cum ſit aqua ſalis; videmus enim, & ipſa experientia docemur per calorem omnia conuerti in ſal, cum ea corrumpere poſſit, vt ſuprà diximus. Si ergo dulcia, calore corrupta in ſal amarum conuertuntur, multo maiorem amaritudinem recipiet hæc noſtra qui nta eſsentia diſtillata ex metallorum ſale, ſic decocta & exuſta.

GEBER. Si præter ſal diſtillatum & præparatum, hæc compoſitio nihil reciperet aliud, tuam ſententiam probarem; recipit autem & ſulphur quod hanc naturam aufert & dulcem reddit.

DEMOGORG. Quònam modo hæc amaritudo ſulphure auferetur vt dulcis fiat, cum ipſum ſulphur quoque amarum ſit, vt teſtatur Raſis, qui dicit, ſulphur quod Martis nomine appellatur, manifeſtè amarum & acutum eſse exterius?

GEBER. Concedo ante præparationem & decoctionem ſulphur, cholericum, amarum & acutum eſse quemadmodum Raſis dicit. In decoctione vero occultatum manifeſtatur, ſulphur autem in profundo & occulto dulce, per decoctionem ad ſuam dulcedinem trahit & tranſmutat ſal conuerſum in aquam. Alterum vero ſulphur quod aurum appellatur, quod etiam in hanc compoſitionem recipitur huius medicinæ, ſanguineum eſt, dulce & odoriferum, vt Raſis dicit. Hæc autem tranſmutant huius aquæ amaritudinem in dulcedinem, quemadmodum aqua fluuij Marach amara virtute ligni facta eſt dulcis. Alphidius ſcribit hæc verba; Antequam hoc opus aggrediaris, præſcribam tibi bonam elixir compoſitionem: Primò neceſse erit, vt humidum ſit, & cum decoquitur vt coaguletur &

inſpi-

inſpicetur vt nix vel grando & ſal ſapore dulci, ventre nigro, & colore albo.

DEMOGORGON. Ventre nigro quid ſignificatur?

GEBER. Alphidij ſententia eſt, quantumcunque noſtra medicina in principio decoctionis alba ſit, nihilominus nigredinem habere occultam, procedentem ex certa humiditate vnctuoſa & aduſtiua; maximè vero manifeſtatur hęc nigredo in coagulatione materię: tantũ vero decoqui debet vt hæc humiditas conſumatur & fiat alba; tunc enim hæc operatio completa eſt, & quemadmodum cœlum ſupra nos non ſolum per ſe influentiam habet in hæc inferiora corpora, vt conſeruentur rerum ſpecies, ſed virtute Solis et ſtellarum fortificatur, ita etiam cœlum hoc noſtrum ornari debet noſtro ſole ſplendido et incorruptibili, hoc eſt, auro noſtro ſupra dicto, in terra enim generatum eſt virtute Solis à quo recipit naturam, colorem, virtutem, proprietatem et ſubſtantiam incorruptibilem. Quare noſtra quinta eſſentia ornata iſto Sole mirabili, infundet nobis virtutem cœli et Solis cœleſtis, hoc eſt vitæ conſeruationem, humidi naturalis reſtaurationem, et iuuentutis renouationem. De Sole iſto locutus eſt Iſidorus libro decimo Sexto dicendo, Chalcantum, hoc eſt flos æris in medicina ſalis fieri Sole calidiſſimum, et tantam habere vim aſtringendi, vt in os Leonis aut Vrſi inſperſum tanta fortitudine eorum ora conſtringat, vt mordere non poſſint.

DEMOGORG. Videtur mihi hoc impoſſibile.

GEBER. Per Chalcantum et florem æris, Iſidorus noſtrum æs, quod atramentum appellamus, ſubintelligit, et vitriolum in ſale occultum ante diſtillationem, et fit per calcinationem ſimul cum ſale; hoc vero æs vnitum cum noſtra quinta eſſentia, quæ Vrſi et Leonis nomine intelligitur, tantum inuiſcat et coagulat eam, vt ab ea acumen aufferat, vt mordere non poſſit, hoc eſt ſoluere ſulphur; quemadmodum vero influxus cœleſtis, ſtellarum influxu augetur, eo modo et

cœlum

cœlum noſtrum non Sole tantum, ſed cœteris quoque ſtellis atque planetis coniungi debet, vt ipſius influxus & virtus augmentetur, & vt facilius quoque coaguletur & ad perfectionem citius conducatur.

DEMOG. Quæ ſunt iſtæ ſtellæ & Planetæ, quæ noſtræ quintæ eſſentiæ coniungi debent, ſiue noſtro cœlo applicanda ſunt?

GEBER. Omnia metalla philoſophorum præparata nomine planetarum ſignificata, & hæc recipiuntur etiam in compoſitionem elixir, propterea dicitur huic compoſitioni vnam ſolam communem eſſe & ſufficere. Tamen verum eſt aquas coagulatiuas in hac arte principaliter duas eſſe ſulphuris ſpecies, Venus & Mars, & hæc erat ſententia Alberti in primo de mineralibus, cap. 9. primi tractatus, cum ſcriberet Alchemiſtas ſingulari ſtudio atque diligentia aquas facere, quæ qualitatem haberent diuerſorum elementorum virtute, & actu, hoc eſt, vt ſiccent & coagulent hoc quod transmutare cupiunt. In libro de Vaporibus ſcriptum eſt, carnes velociſſimè coqui adiecto vitro ex cineribus fœni & filicis. cum enim vitrum ſiccum ſit, plurimum humiditatis è carne elicere per ebullitionem poterit; vt multo citius caro decoquatur. Cum vero vitrum hoc ex cineribus fœni, & filicis alio communi vitro multo ſiccius ſit, ergo hoc vitro adiecto multo citius decoctio perficietur: habet enim commune vitrum adhuc aliquid humiditatis quam à plumbo accepit, quod primum fuit in compoſitione.

DEMOGORG. Quamuis huius rei nullum adhuc fecerim periculum, tamen haud credo adiecto vitro carnes citius coqui.

GEBER. Hæc eſt cauſa multos ignorantes, & rerum naturalium imperitos Plinium & Albertum mendacij accuſaſſe, cum ipſi hoc quod Philoſophi per ſimitudines, & allegoriam locuti ſunt ex nuda littera interpretarentur, & ſe deceptos, & deluſos putarent.

DEM. Quid voluerunt hac re ſignificare?

GE-

GEBER, Vitri nomine in iſta arte ſæpenumero ſulphur ſignificatur: nam ſicut vitrum commune omnes colores recipit, eodem quoque modo ſulphur noſtrum in præparatione omnes colores demonſtrat. Propterea Argi nomine appellatur, cuius multi oculi in Pauonis caudam conuerſi ſunt. Per carnes vero coquendas intelligitur noſter Mercurius, qui coagulari & firmari ſiue figi debet in aqua Mercuriali mediante ſulphure. Cum vero duæ ſpecies ſulphuris ſint, vna nomine Martis appellata calida & ſicca, altera vero Veneris, calida quoque & ſicca, minus tamē vt Raſis dicit, participat, de ſale quod Saturnus dicitur, à quo iam dictum ſulphur Veneris nomine nuncupatum, diſtillatum eſt. Propterea velocius coagulatur & dulcoratur ipſo Mercurio, & aqua Mercuriali, ſi adijcimus ſulphur ex cineribus fęni & filicis, quod Martem nominamus propter nominis cognationem. Præterea notabis differentiam eſſe inter coagulationem quintæ eſſentiæ & fixionem elixir, cum debeant diuerſos operare effectus; elixir enim transmutare debet metalla imperfecta in verum aurum & verum argentum: neceſſe igitur eſt, vt fixum ſit & in auri & argenti ſubſtantiam pluſquam perfectam conuerſum ſit? hic autem non remanebit aqua Mercurialis cum fixionem impediat, quamuis tamen ibi maneat quinta eſſentia ruſſa aqua forma ſua permanens dicta. Cum vero quinta eſſentia Mercurialis per os ſumenda ſit in modum medicinæ penetrantis per omnia membra et conſeruantis à corruptione, non debet adeo fixa eſſe, vt in auream ſiue argenteam ſubſtantiam conuertatur. Sufficiet enim tantum eſse decoctam, et digeſtam, vt coaguletur et conſumetur illa humiditas tam vaporoſa, fętida et acuta et dulcis fiat, ſic aſsumpta per os ſubito penetrabit per totum corpus, vt res omnium ſubtiliſſima et humano corpori conformis, et ſua potente et diuina virtute tantam incorruptibilitatem inducet omni loco quem penetrauerit, vt illi qui tantummodo tres gutulas per ſe aut alia re conueniente commixtas ſumpſerint, per longum temporis ſpatium ſanè victuri

victuri ſint, vt primi antiqui patres qui lignum vitæ ſumebant. Hæc omnia fabulis poetarum ab antiquis ſapientibus occulcata ſunt, maximè vero Orphei.

DEMOGORGON. Feceris mihi ſanè rem gratiſſimam, ſi intentionem antiquorum in hac re mihi declaraueris.

GEBER. In iſta medicina pars eſt vegetabilis, hoc eſt, ſal ſignificatum arboribus et plantis, præterea adeſt etiam quædam animalis pars vt anima et aurum, ſignificata per animalia, homines, Phœbum et vellus aureum. Pars vero mineralis et iſtud ſulphur fixum eſt, quod Martis nomine appellamus. hoc ſignificatur per lapides et ſaxa, montes, oſſa, et reliquis rebus duris. Aqua Mercurialis et vapores ſignificantur per auiculas, ventum, fluuios, ſerpentes, tauros et dracones qui cuſtodiebant vellus aureum Marti dicatum. Propterea diximus lib. 1. cap. 15. in diſtillatione nullum metallum philoſophorum ſubmergi in Mercurio, hoc eſt in aqua Mercuriali, Sole noſtro excepto, & hic dicatus eſt Marti, quoniam coniungi debet cum ſulphure Martis nomine appellato, per Orpheum vero noſtra medicina ſignificatur: hæc enim cum ſit dulcis, omnia ſupradicta firmare & coagulare poteſt.

DEMOGORG. Agnoſco me non ſatis capacem, vt hanc ſententiam comprehendam tuæ expoſitionis, niſi mihi prius declaraueris, quæ nam ſint philoſophorum metalla.

GEBER. Philoſophi hanc ſcientiam occultauerunt ſub nominibus omnium rerum in mundo, maximè vero metallorum.

DEMOGORG. Quomodo occultabitur hæc ars ſub metallorum nominibus, cum ipſa fiat per metalla?

GEBER. Certum eſt rem haud facilem eſſe, poſſe diſcernere quando veteres Philoſophi de metallis communibus, ſiue philoſophorum metallis loquuntur; nam primo aſpectu nobis videntur de metallis communibus verba facere, et interdum ſermonem ſuum incipiunt de metallis communibus, mox reliquum ſermo-

nis

nis ad metalla philoſophorum deflectunt. Qui vero huius artis notitiam ſiue cognitionem aliquam habuerit, et experientiam, ſtatim nomine aliquo audito intelliget, quid in hac arte ſignificare poſſit. Sit in exemplum nomen Ferri aut Martis. Si igitur Philoſophus dixerit hunc in manifeſto calidum eſſe et ſiccum, facilemque tincturam rubei, huius artis peritus artifex ſtatim cognoſcet eum de ſulphure hæc dixiſſe, quum qualitas hæc ferro communi minimè conueniat in manifeſto. Raſis dicit in libro de diuinitate, animaduertendum eſſe res ſubtili artificio à natura taliter inuicem colligatas eſſe, vt in omni re omnes res ſint in potentia, etiam ſi viſu minimè compræhendantur, quod melius depræhendetur in rebus æquabilibus quàm in alijs. Hoc modo interiora auri argentea eſſe, et interiora argenti aurea; inueniri enim in Sole quidpam Lunæ, et in Luna aliquid Solis: in cupro vero aurum et argentum eſſe in potentia, ſed non viſibiliter, et in his ferrum, plumbum, ſtannum, in quibus etiam viciſſim aurum et argentum reperies. Idem ſcribit Albertus libro tertio de mineralibus, capitulo octauo dicendo, Hermetem, Gilgil et Empedoclem Philoſophos et Alcheſtimas præclaros, cum omnium cæterorum Alchemiſtarum numero affirmare in omni metallo plures eſse ſpecies, et naturas metallorum, alia vero occultata, alia manifeſta, alia interius, alia exterius, alia vero in fundo, alia in ſuperficie apparere metalla, quemadmodum illi qui de latentia formarum diſputarunt, et omnem rem in omni re eſse, vt Anaxagoræ placuit: dixerunt itaque plumbum interius aurum eſse, foris autem plumbum: aurum vero exterius in ſuperficie aurum eſse, interius vero et in profundo plumbum; hoc eodem modo ſe habere intra ſe cuprum et argentum et omne metallum ad ſingula metalla. Præterea dicunt non nominari exteriora ſiue interiora metalla, et cæteræ denominationes ſecundum ſuarum partium in toto, ſed ſecundum proprietatem, et naturam prædominantis, cum prædominans id ſibi incluſum teneat ſupra quod domi-

minatur. Hoc modo iſti omnino Anaxagoræ ſententiam affirmare videntur, qui ſingula metalla ſingulis metallis ineſſe prodidit, & denominationem fieri à prædominante.

DEMOGORG. Hæc videntur mihi impoſſibilia, & ſi recte iudicio, horum opinio Alberto reprobatur.

GEBER. Tu verſaris in ſimili errore cum quibuſdam Philoſophis, qui dicebant in mundo aliam ſubſtantiam non eſſe præter eam, quæ videretur. Si autem diligenter examinaſſes, corrupiſſes & tranſmutaſſes aliquando metalla, & intrinſecas qualitates conſideraſſes, & diuerſitatem ſubſtantiæ & coloris apparentis, hæc tibi non viderentur impoſſibilia. Præterea ſi tibi videbitur, Albertum hanc opinionem reprobaſſe, dico ab eo nudam litteram reprobatam, inuentionem autem antiquorum, & ſenſum allegoricum nequaquam.

DEMOG. Declara mihi igitur diſtincte, & aperte intentionem antiquorum, & ſenſum hunc allegoricum.

CEBER. Per calcinationem, putrefactionem, & lotionem reducimus noſtrum metallum in ſal album vt calx communis, & multis locis appellauimus hoc calcem. Cum autem habet proprietatem plumbi communis, nomen plumbi inuenit. Propterea dixit Raſis loco iam citato, plumbum in ſuo manifeſto, hoc eſt in ſuperficie frigidum & ſiccum eſſe, hoc eſt plumbum & argentum, nigrum, molle, terreum, melancholicum, acerbum, fœtidum, fœmineum in actu, plumbum in potentia argentum eſſe. In ipſius autem profunditate calidum & humidum, hoc eſt aurum, aereum, ſanguineum, croceum, dulce, odoriferum, maſculinum, in vno latere frigidum & humidum eſt, hoc eſt, ſtannum & argentum viuum ſiue Mercurius, aqueum, flegmaticum, album, inſipidum, remiſſum, fœmineum, in altero latere calidum & ſiccum, hoc eſt, ferrum & cuprum, igneum, cholericum, rubrum, ama-

midum, vt ſine ipſa in vaporem exhalare non poſſit, humidum vero ſicco addit quandam ſubtilitatem, vt cum ipſo auolare poſſit. Et nos diximus adhuc lib. 1. capit. 10. ipſa corpora, hoc eſt, ſulphuris ſpecies, ſimul cum ſpiritibus, ſcilicet Mercurialibus fugere ab igne, hoc eſt imi ſpiritus fixi non ſunt, inſeparabiliter vero commixti ſunt in profundo corporum, ſuperat enim pars volatilis partem fixam. Præterea dicit Arnoldus in Roſario, illum qui non nouerit aurum conuertere in argentum, numquam poſſe argentum in aurum conuertere, è contrario.

DEM. Quomodo argentum in aurum poſſit conuerti, ſcire per maxime cupio; vt vero aurum in argentum conuertatur, parum habeo.

GEB. Philoſophus ſenior ſcribit, veteres philoſophos cum dicerent dealbatum aurum, commune aurum non intellexiſſe. Quum vero philoſophorum aurum quod rubum eſt dealbatur, dicitur in argentum conuerſum eſſe, & argentum nominatur. Idem de ſulphure intelligendum, conuerſum vero in albedinem, poſtea vero longa decoctione ruffeſcens, dicitur argentum in aurum conuerſum eſſe. Præterea in libro turbæ Philoſophorum ſcriptum eſt, nullam tincturam fieri poſſe, niſi ex prædicto noſtro ære: hoc autem niſi conuertatur in albedinem donec tinctura fiat, nihil efficies.

DEM. Fateor me tibi haud parum debere, obligatumque eſſe quàm plurimum atque deuinctum tanto beneficio, quòd tanti ſecreti me feceris participem, fui enim hactenus, cum multis in eo errore, vt crederem elixir, & aurum potabile ex auro communi fieri debere.

GEB. Quemadmodum pueri, ita tu rebus quoque aſpectu pulchris delectaris. Noſtra autem quinta eſſentia ex lapide turpi deformi fit primo intuitu, interius vero in occulto pulcherrimo.

DEM. Cum pro tua ſingulari humanitate, haud grauate mihi declaraueris, quid aurum potabile

le & philoſophorum, vt mihi etiam paucis oſtendas quid ſit quinta eſſentia, rogo. Si enim rectè iudico, præſtat ſanum longo tempore viuere, quàm opibus abundare.

GEB. Verum dicis. Eſt autem quinta eſſentia ſecundum Marſilium Ficinum in libr. de triplici vita, ſpiritus animæ mundi. diffuſus per partes corporeas & elementales.

DEMOGORG. Explicatio hæc nimis obſcura eſt.

GEBER. Dixi tibi iam ſæpius in vna diſtillatione duos fumos diſtillari à materia noſtra, rubrum & album, hi ambo dicuntur quintæ eſſentiæ, dicitur autem fumus rubeus vltra ſuprà dicta nomina quoque anima vini, vt Ioannes de Rupeſcilla tradidit his verbis, Appellamus autem quintam eſſentiam vini, animam, vinum autem noſtrum aurum eſt Philoſophorum. Aut fumus albus, qui in ſuo ventre portat vinum rubeum in diſtillatione, propriè & verè quinta eſſentia dicitur, de qua philoſophi locuti ſunt. Dicit enim Arnoldus ſeparatis elementis, reſtare certam quintam eſſentiam quandam quæ ſpiritus lapidis dicitur. Hæc autem neque elementum eſt, neque in ſe elementalem qualitatem habet actu, ſed virtute: actu enim neque calida aut ſicca eſt, vt ignis: nam infrigidat & ſanat morbos frigidos, neque calida aut humida eſt vt aer, qui facilè corrumpitur, vt tempore peſtis, & in generatione ranarum, & ſimilium videmus, quæ ex corruptione aeris generantur. Poteſt enim quinta eſſentia ex metallis præparata, ad decem millia annorum conſeruari abſque corruptione, modo in vaſe vitreo diligentiſſimè, ne reſpiret, obturato, reſeruetur. Propterea Hermes, Plato, Socrates, & multi Philoſophi qui hanc nouerunt, ipſi perpetuitatem attribuerunt, & qui ea vterentur non morituros, cum tamen & ipſi Deo ita volente, vt reliqui mortales quoque mortui ſunt.

DEMOGORG. Ergo vanum eſt hac vti medicina.

GEBER. Vanum eſſet, nec poſſibile hominem vt tranſcenderet vitæ naturalem terminum, laborare, hic terminus poſſit tamen ad quingenteſimum extendi, vt primis antiquis patribus conſtitutum erat: quemadmodum vero homo multis modis conſtitutum vitæ terminum morbis circumuentus minimè attingere poteſt, & vitæ ſpatium abbreuiare poteſt, eodem modo poterit impedimenta hæc remouendo vitam prorogare, vt tandem naturæ ſuæ vitæ conſtitutum terminum attingat. Inter cætera vero remedia omnia quibus vitam producimus, hæc quinta eſſentia præparata præſtat, vt apertè ſatis demonſtratum eſt in Dialogo noſtro, cui titulus eſt, Lignum vitæ, dat enim homini vitam. Raſis in lib. luminis luminum dicit, aquam deſcendentem è maiori petra à Philoſophis aqua vitæ nominari & cœlum, nam quinta eſſentia ſimplex eſt & incorruptibilis & ſeparata à materia elementari, neque frigida, aut humida eſt, vt aqua elementalis, ardet enim ante coagulationem, igitur à philoſophis aqua ardens nominatur: præterea neque frigida, neque ſicca eſt, vt terra, vt manifeſtè depræhendimus; calefacit enim plurimum & curat infirmitates melancholichas, quæ frigidæ ſunt & ſiccæ, & formam habet aquæ limpidiſſimæ, & ſubtiliſſimæ. Varijs nominibus à Philoſophis appellatur, ex proprietate aut ſimilitudine aliqua aſſumpta. Sunt enim qui Mercurialem aquam quoque appellant, quòd à Mercurio ſit diſtillata; aliqui Mercurium ſolutiuum vocant: ſoluit enim corpora, hoc eſt, ſui ſulphuris ſpecies. Propterea dixi lib. 1. cap. 17. Aurum, hoc eſt, ſulphur ſuprà nominatum, facile frangi, hoc eſt: ſolui cum ipſo Mercurio & odore, hoc eſt vapore, plumbi, hoc eſt noſtri ſalis; & Aquila, quòd volare poſſit ſupra omnes ſpiritus. Dicitur etiam aer propter ſubtilitatem, & ſal Armoniacum: quòd ſal diſtillatum ſit, & propter conſonantiam, & homogeneitatem. Significarunt quoque hanc antiqui Philoſophi nominibus pernicioſorum & ferocium animalium vt ſerpentis, Draconis, Leonis, Viſi, Baſi-

fiſci, & ſimilium, propter ipſius naturam horribilem & venenoſam ante conuenientem digeſtionem. Propterea quoque aqua fœtida nuncupatur, eſt enim amara & fœtens ante coagulationem.

DEMOGORG. Suſpicor te tacite ſubindicare velle horribilitatem, & fœtorem ab ea remoueri per ignem cum amaritudine; verum quomodo fieri poſſet, non video, cum ſit aqua ſalis; videmus enim, & ipſa experientia docemur per calorem omnia conuerti in ſal, cum ea corrumpere poſſit, vt ſuprà diximus. Si ergo dulcia, calore corrupta in ſal amarum conuertuntur, multo maiorem amaritudinem recipiet hæc noſtra quinta eſſentia diſtillata ex metallorum ſale, ſic decocta & exuſta.

GEBER. Si præter ſal diſtillatum & præparatum, hæc compoſitio nihil reciperet aliud, tuam ſententiam probarem; recipit autem & ſulphur quod hanc naturam aufert & dulcem reddit.

DEMOGORG. Quónam modo hæc amaritudo ſulphure auferetur vt dulcis fiat, cum ipſum ſulphur quoque amarum ſit, vt teſtatur Raſis, qui dicit, ſulphur quod Martis nomine appellatur, manifeſtè amarum & acutum eſſe exterius?

GEBER. Concedo ante præparationem & decoctionem ſulphur, cholericum, amarum & acutum eſſe quemadmodum Raſis dicit. In decoctione vero occultatum manifeſtatur, ſulphur autem in profundo & occulto dulce, per decoctionem ad ſuam dulcedinem trahit & tranſmutat ſal conuerſum in aquam. Alterum vero ſulphur quod aurum appellatur, quod etiam in hanc compoſitionem recipitur huius medicinæ, ſanguineum eſt, dulce & odoriferum, vt Raſis dicit. Hæc autem tranſmutant huius aquæ amaritudinem in dulcedinem, quemadmodum aqua fluuij Marach amara virtute ligni facta eſt dulcis. Alphidius ſcribit hæc verba; Antequam hoc opus aggrediaris, præſcribam tibi bonam elixir compoſitionem: Primò neceſſe erit, vt humidum ſit, & cum decoquitur vt coaguletur &

inſpi-

inſpicetur vt nix vel grando & ſal ſapore dulci, ventre nigro, & colore albo.

DEMOGORGON. Ventre nigro quid ſignificatur?

GEBER. Alphidij ſententia eſt, quantumcunque noſtra medicina in principio decoctionis alba ſit, nihilominus nigredinem habere occultam, procedentem ex certa humiditate vnctuoſa & aduſtiua; maximè vero manifeſtatur hęc nigredo in coagulatione materię: tantũ vero decoqui debet vt hæc humiditas conſumatur & fiat alba; tunc enim hæc operatio completa eſt, & quemadmodum cœlum ſupra nos non ſolum per ſe influentiam habet in hæc inferiora corpora, vt conſeruentur rerum ſpecies, ſed virtute Solis et ſtellarum fortificatur, ita etiam cœlum hoc noſtrum ornari debet noſtro ſole ſplendido et incorruptibili, hoc eſt, auro noſtro ſupra dicto, in terra enim generatum eſt virtute Solis à quo recipit naturam, colorem, virtutem, proprietatem et ſubſtantiam incorruptibilem. Quare noſtra quinta eſſentia ornata iſto Sole mirabili, infundet nobis virtutem cœli et Solis cœleſtis, hoc eſt vitæ conſeruationem, humidi naturalis reſtaurationem; et iuuentutis renouationem. De Sole iſto locutus eſt Iſidorus libro decimo Sexto dicendo, Chalcantum, hoc eſt flos æris in medicina ſalis fieri Sole calidiſſimum, et tantam habere vim aſtringendi, vt in os Leonis aut Vrſi inſperſum tanta fortitudine eorum ora conſtringat, vt mordere non poſſint.

DEMOGORG. Videtur mihi hoc impoſſibile.

GEBER. Per Chalcantum et florem æris, Iſidorus noſtrum æs, quod atramentum appellamus, ſubintelligit, et vitriolum in ſale occultum ante diſtillationem, et fit per calcinationem ſimul cum ſale; hoc vero æs vnitum cum noſtra quinta eſſentia, quæ Vrſi et Leonis nomine intelligitur, tantum inuiſcat et coagulat eam, vt ab ea acumen auferat, vt mordere non poſſit, hoc eſt ſoluere ſulphur; quemadmodum vero influxus cœleſtis, ſtellarum influxu augetur, eo modo et

cœlum

cœlum noſtrum non Sole tantum, ſed cœteris quoque ſtellis atque planetis coniungi debet, vt ipſius influxus & virtus augmentetur, & vt facilius quoque coaguletur & ad perfectionem citius conducatur.

DEMOG. Quæ ſunt iſtæ ſtellæ & Planetæ, quæ noſtræ quintæ eſſentiæ coniungi debent, ſiue noſtro cœlo applicanda ſunt?

GEBER. Omnia metalla philoſophorum præparata nomine planetarum ſignificata, & hæc recipiuntur etiam in compoſitionem elixir, propterea dicitur huic compoſitioni vnam ſolam communem eſſe & ſufficere. Tamen verum eſt aquas coagulatiuas in hac arte principaliter duas eſſe ſulphuris ſpecies, Venus & Mars, & hæc erat ſententia Alberti in primo de mineralibus, cap. 9. primi tractatus, cum ſcriberet Alchemiſtas ſingulari ſtudio atque diligentia aquas facere, quæ qualitatem haberent diuerſorum elementorum virtute, & actu, hoc eſt, vt ſiccent & coagulent hoc quod tranſmutare cupiunt. In libro de Vaporibus ſcriptum eſt, carnes velociſſimè coqui adiecto vitro ex cineribus fœni & filicis. cum enim vitrum ſiccum ſit, plurimum humiditatis è carne elicere per ebullitionem poterit; vt multo citius caro decoquatur. Cum vero vitrum hoc ex cineribus fœni, & filicis alio communi vitro multo ſiccius ſit, ergo hoc vitro adiecto multo citius decoctio perficietur: habet enim commune vitrum adhuc aliquid humiditatis quam à plumbo accepit, quod primum fuit in compoſitione.

DEMOGORG. Quamuis huius rei nullum adhuc fecerim periculum, tamen haud credo adiecto vitro carnes citius coqui.

GEBER. Hæc eſt cauſa multos ignorantes, & rerum naturalium imperitos Plinium & Albertum mendacij accuſaſſe, cum ipſi hoc quod Philoſophi per ſimitudines, & allegoriam locuti ſunt ex nuda littera interpretarentur, & ſe deceptos, & deluſos putarent.

DEM. Quid voluerunt hac re ſignificare?

GE-

GEBER, Vitri nomine in iſta arte ſæpenumero ſulphur ſignificatur: nam ſicut vitrum commune omnes colores recipit, eodem quoque modo ſulphur noſtrum in præparatione omnes colores demonſtrat. Propterea Argi nomine appellatur, cuius multi oculi in Pauonis caudam conuerſi ſunt. Per carnes vero coquendas intelligitur noſter Mercurius, qui coagulari & firmari ſiue figi debet in aqua Mercuriali mediante ſulphure. Cum vero duæ ſpecies ſulphuris ſint, vna nomine Martis appellata calida & ſicca, altera vero Veneris, calida quoque & ſicca, minus tamẽ vt Raſis dicit, participat, de ſale quod Saturnus dicitur, à quo iam dictum ſulphur Veneris nomine nuncupatum, diſtillatum eſt. Propterea velocius coagulatur & dulcoratur ipſo Mercurio, & aqua Mercuriali, ſi adijcimus ſulphur ex cineribus fœni & filicis, quod Martem nominamus propter nominis cognationem. Præterea notabis differentiam eſſe inter coagulationem quintæ eſſentiæ & fixionem elixir, cum debeant diuerſos operare effectus; elixir enim tranſmutare debet metalla imperfecta in verum aurum & verum argentum: neceſſe igitur eſt, vt fixum ſit & in auri & argenti ſubſtantiam pluſquam perfectam conuerſum ſit? hic autem non remanebit aqua Mercurialis cum fixionem impediat, quamuis tamen ibi maneat quinta eſſentia ruffa aqua forma ſua permanens dicta. Cum vero quinta eſſentia Mercurialis per os ſumenda ſit in modum medicinæ penetrantis per omnia membra et conſeruantis à corruptione, non debet adeo fixa eſſe, vt in auream ſiue argenteam ſubſtantiam conuertatur. Sufficiet enim tantum eſſe decoctam, et digeſtam, vt coaguletur et conſumetur illa humiditas tam vaporoſa, fœtida et acuta et dulcis fiat, ſic aſsumpta per os ſubito penetrabit per totum corpus, vt res omnium ſubtiliſſima et humano corpori conformis, et ſua potente et diuina virtute tantam incorruptibilitatem inducet omni loco quem penetrauerit, vt illi qui tantummodo tres guttulas per ſe aut alia re conueniente commixtas ſumpſerint, per longum temporis ſpatium ſanè victuri

victuri ſint, vt primi antiqui patres qui lignum vitæ ſumebant. Hæc omnia fabulis poetarum ab antiquis ſapientibus occultata ſunt, maximè vero Orphei.

DEMOGORGON. Feceris mihi ſanè rem gratiſſimam, ſi intentionem antiquorum in hac re mihi declarauerìs.

GEBER. In iſta medicina pars eſt vegetabilis, hoc eſt, ſal ſignificatum arboribus et plantis, præterea adeſt etiam quædam animalis pars vt anima et aurum, ſignificata per animalia, homines, Phœbum et vellus aureum. Pars vero mineralis et iſtud ſulphur fixum eſt, quod Martis nomine appellamus. hoc ſignificatur per lapides et ſaxa, montes, oſſa, et reliquis rebus duris. Aqua Mercurialis et vapores ſignificantur per auiculas, ventum, fluuios, ſerpentes, tauros et dracones qui cuſtodiebant vellus aureum Marti dicatum. Propterea diximus lib. 1. cap. 15. in deſtillatione nullum metallum philoſophorum ſubmergi in Mercurio, hoc eſt in aqua Mercuriali, Sole noſtro excepto, & hic dicatus eſt Marti, quoniam coniungi debet cum ſulphure Martis nomine appellato, per Orpheum vero noſtra medicina ſignificatur: hæc enim cum ſit dulcis, omnia ſupradicta firmare & coagulare poteſt.

DEMOGORG. Agnoſco me non ſatis capacem, vt hanc ſententiam compræhendam tuæ expoſitionis, niſi mihi prius declaraueris, quæ nam ſint philoſophorum metalla.

GEBER. Philoſophi hanc ſcientiam occultauerunt ſub nominibus omnium rerum in mundo, maximè vero metallorum.

DEMOGORG. Quomodo occultabitur hæc ars ſub metallorum nominibus, cum ipſa fiat per metalla?

GEBER. Certum eſt rem haud facilem eſſe, poſſe diſcernere quando veteres Philoſophi de metallis communibus, ſiue philoſophorum metallis loquuntur; nam primo aſpectu nobis videntur de metallis communibus verba facere, et interdum ſermonem ſuum incipiunt de metallis communibus, mox reliquum ſermo-

nis

nis ad metalla philoſophorum deflectunt. Qui vero huius artis notitiam ſiue cognitionem aliquam habuerit, et experientiam, ſtatim nomine aliquo audito intelliget, quid in hac arte ſignificare poſſit. Sit in exemplum nomen Ferri aut Martis. Si igitur Philoſophus dixerit hunc in manifeſto calidum eſſe et ſiccum, facilemque tincturam rubei, huius artis peritus artifex ſtatim cognoſcet eum de ſulphure hæc dixiſſe, quum qualitas hæc ferro communi minimè conueniat in manifeſto. Raſis dicit in libro de diuinitate, animaduertendum eſſe res ſubtili artificio à natura taliter inuicem colligatas eſſe, vt in omni re omnes res ſint in potentia, etiam ſi viſu minimè compræhendantur, quod melius depræhendetur in rebus æquabilibus quàm in alijs. Hoc modo interiora auri argentea eſſe, et interiora argenti aurea: inueniri enim in Sole quidpiam Lunæ, et in Luna aliquid Solis: in cupro vero aurum et argentum eſſe in potentia, ſed non viſibiliter, et in his ferrum, plumbum, ſtannum, in quibus etiam viciſſim aurum et argentum reperies. Idem ſcribit Albertus libro tertio de mineralibus, capitulo octauo dicendo, Hermetem, Gilgil et Empedoclem Philoſophos et Alcheſtimas præclaros, cum omnium cæterorum Alchemiſtarum numero affirmare in omni metallo plures eſse ſpecies, et naturas metallorum, alia vero occultata, alia manifeſta, alia interius, alia exterius, alia vero in fundo, alia in ſuperficie apparere metalla, quemadmodum illi qui de latentia formarum diſputarunt, et omnem rem in omni re eſse, vt Anaxagoræ placuit: dixerunt itaque plumbum interius aurum eſse, foris autem plumbum: aurum vero exterius in ſuperficie aurum eſse, interius vero et in profundo plumbum; hoc eodem modo ſe habere intra ſe cuprum et argentum et omne metallum ad ſingula metalla. Præterea dicunt non nominari exteriora ſiue interiora metalla, et cæteræ denominationes ſecundum ſuarum partium in toto, ſed ſecundum proprietatem, et naturam prædominantis, et non prædominans id ſibi incluſum teneat ſupra quod domi-

minatur. Hoc modo iſti omnino Anaxagoræ ſententiam affirmare videntur, qui ſingula metalla ſingulis metallis ineſſe prodidit, & denominationem fieri à prædominante.

DEMOGORG. Hæc videntur mihi impoſſibilia, & ſi recte iudicio, horum opinio Alberto reprobatur.

GEBER. Tu verſaris in ſimili errore cum quibuſdam Philoſophis, qui dicebant in mundo aliam ſubſtantiam non eſſe præter eam, quæ videretur. Si autem diligenter examinaſſes, corrupiſſes & tranſmutaſſes aliquando metalla, & intrinſecùs qualitates conſideraſſes, & diuerſitatem ſubſtantiæ & coloris apparentis, hæc tibi non viderentur impoſſibilia. Præterea ſi tibi videbitur, Albertum hanc opinionem reprobaſſe, dico ab eo nudam litteram reprobatam, inuentionem autem antiquorum, & ſenſum allegoricum nequaquam.

DEMOG. Declara mihi igitur diſtincte, & aperte intentionem antiquorum, & ſenſum hunc allegoricum.

GEBER. Per calcinationem, putrefactionem, & lotionem reducimus noſtrum metallum in ſal album vt calx communis, & multis locis appellauimus hoc calcem. Cum autem habet proprietatem plumbi communis, nomen plumbi inuenit. Propterea dixit Raſis loco iam citato, plumbum in ſuo manifeſto, hoc eſt in ſuperficie frigidum & ſiccum eſſe, hoc eſt plumbum & argentum, nigrum, molle, terreum, melancholicum, acerbum, fœtidum, fœmineum in actu, plumbum in potentia argentum eſſe. In ipſius autem profunditate calidum & humidum, hoc eſt aurum, aereum, ſanguineum, croceum, dulce, odoriferum, maſculinum, in vno latere frigidum & humidum eſt, hoc eſt, ſtannum & argentum viuum ſiue Mercurius, aqueum, flegmaticum, album, inſipidum, remiſſum, fœmineum, in altero latere calidum & ſiccum, hoc eſt, ferrum & cuprum, igneum, cholericum, rubrum, ama-

rum, acutum, maſculinum. Intelligis nunc nimirum in vno metallo communi, & vno metallo philoſophorum, ſingula philoſophorum metalla comprahendi, ſic & de cæteris intelligendum.

DEMOG. Hæc mihi videntur difficilia & obſcura valde.

GEB. In procemio lib. 2. dixi conſiderationem earum rerum, quibus ad complementum huius operationis peruenitur, auſpicandum eſſe à diligenti inueſtigatione principiorum corporum ſecundum ipſorum profundũ, occultum & manifeſtum. Animaduertas igitur ſecundum ſententiam Raſis in lib. de diuinitate in omni corpore tres eſſe dimenſiones, altitudinem, profunditatem, & latitudinem, altitudo eſt quæ manifeſta eſt, profunditas vero eſt occulta, latitudo medium tenet inter manifeſtum & occultum, hoc eſt partim manifeſta, & partim occulta eſt, iſtud vero ſal quod plumbum appellamus, & argentum viuum ſiue Mercurium nondum præparatum, & aquam ſiccam & paſtillum de quo latius dixi in cap. de deſcenſione, hoc eſt diſtillatione, cum in ſuo manifeſto album ſit, propterea dicitur frigidum eſſe, albedo enim ſignum frigiditatis eſt, aut potius frigidum dicitur quod participat in humiditate aquæ, de qua locutus ſum lib. 2. cap. 2. & 7. Cum vero multum terreſtreitatis intrinſece habeat, vt ſuprà diximus multis in locis de Mercurio loquentes & plumbo: propterea ſiccæ naturæ dicitur, quæ cauſa ſit nos dixiſſe lib. 1. cap. 15. eum ſcilicet Mercurium, non facile adhære intrinſecus ſuo ſulphuri, quod Martem nominamus, quamuis habeat viſcoſitatem humidam propter ſiccitatem, hoc eſt terreſtreitatem ipſius per quam viſcoſitas temperatur, & adhærere minimè permittitur. Propter hanc terreſtreitatem dicitur naturæ eſſe melancholicæ liuidæ & nigræ. Notabis autem quemadmodum ſupradictus Saturnus albus eſt, eodem modo ſuas intrinſecas terreſtreitates ante diſtillationem albas eſſe, quemadmodum loco iam citato oſtendimus. Propterea diximus lib. 2. cap. 2. de iſto Mercurio loquentes, leui artificio videre nos ab ipſo exire

xire terram nigram & fœtidam per lotionem. De terreſtreitate iſta ſuprà quoque locuti ſumus, lib. 2. in tertia cauſa deſcenſionis, hoc eſt diſtillationis. Cum vero iſte Saturnus naturam ſalis habeat frigidus, & indigeſtus, igitur acerbus eſt. Propter albedinem vero & frigiditatem fœmineus dicitur, & propter ſuam fumoſam & aduſtiuam ſubſtantiam dicitur fœtidus. Quum autem manifeſtum occulto ſemper contrarium ſit, (propterea plumbum hoc in profundo, quemadmodum per diſtillationem cum fortis ignis expreſſione manifeſtatur in oleo,) calidum & humidum eſt, hoc eſt aurum, calidum vero propterea quòd ſulphur rubrum eſt & ſanguineū. Quòd autem ad compoſitionem huius auri Mercurius recipiatur, erat enim ante diſtillationem vna materia ſiue ſubſtantia cum Mercurio, inde dicitur humidum eſſe. Citrinum vero dicitur quòd compoſitum ſit ex ruffo & albo. Aereum autem nominatur, quòd ſpiritus ſit ſubtilis & ſublimetur. Sanguineum dicitur, quum ruffum ſit. Dicitur præterea, & odoriferum, propter ſuam rubedinem, caliditatem, & bonam ſubſtantiam bene digeſtam. Maſculinum vero, quòd calidum ſit, & in generatione metallorum & elixir paterno ſemini ſimile. De his Saturni occultis ſecretis in libro trium verborum ſcriptum eſt, neceſſarium eſse, vt manifeſtum occultetur, & occultum manifeſtur, hoc vero occultum naturæ Solis eſse & ignis, & precioſiſſimum oleum omnium occultorum, & tincturam viuam & aquam permanentem. Hic vero Saturnus adhuc in vno latere ſcilicet latitudinis in parte manifeſtus, & in parte occultus naturæ frigidæ & humidæ eſt, hoc eſt, Iupiter & Mercurius præparatus: & accidit hoc poſt lotionem fecis aduſtæ. Propterea dixi lib. 1. cap. 19. plumbum ſubſtantiæ terreæ plurimum habere, ob id lauari, & in ſtannum conuerti. Morienus autem dicit, corpus immundum apud philoſophos plumbum dici, mundum vero ſtannum. Dicitur autem naturæ flegmaticæ propter ſuam humiditatem viſcoſam. Inſipidum vero, & remiſsum dicitur propter ſeparationem multæ aquæ

acutæ in diſtillatione. Fœmineum dicitur quòd frigidũ ſit & humidum, & in metallorum generatione & elixir muliebri menſtruo ſimile ſit; in alio latere quod de manifeſto et occulto ſimul participat. Saturnus calidus eſt & ſiccus, hoc eſt ferrum & cuprum, quamuis (vt Raſis tradit] ſiccitas Veneris, ſiccitatem Martis ſuperet & maior ſit, propterea quòd participat de arg. viuo ſiue Mercurio, qui ipſius ſiccitatem temperat. Animaduertendum tamen eſt, quemadmodum lib. 1. cap. 12. monui, & lib. 3. cap. 7. in corporibus metallicis duas eſſe ſulphuris ſpecies neceſſarias noſtræ arti, quæ in manifeſto dependent à rubedine, in occulto vero albi, nigri & ruffi ſunt, vnum intrinſecum eſt ipſo Saturno. Propterea ſoluitur vt cætera ſupradicta, & Veneris nomine appellatur; omnia autem ſupradicta in ſimul eſſe ante diſtillationem, & omnia habere naturam ſalis, diximus lib. 1. cap. 15. ſolui Iouem, Saturnum Lunam, & Venerem, iſto Mercurio quem Saturni nomine deſignamus, hoc eſt per ipſius virtutem, cum omnes ſimul naturam ſalis habeant, ſoluuntur autem tantummodo hæ res, quæ ſalis naturam habent, aut aluminis & ſalis. prout ſæpe monuimus.

DEM. Solutionis iam ſæpe meminiſti, quare rogo vt mihi declarare velis ſenſum huius verſiculi, Soluite corpora in aquam, omnibus dico qui aurum & argentum facere quæritis.

GEBER. Lib. 2. cap. 17. dixi omnia corpora noſtra ſulphurea, ſulphur & arſenicum eſſe. Arſenicum vero Veneris nomine appellatum diſtillatione ſoluitur (vt ſuprà diximus.) Sulphur autem Martis nomine appellatum diſtillatione non ſoluitur, cum in ſe non habeat partes ſalſugineas (vt libro primo capitulo tertio diximus) ſubtiliatur autem & ſoluitur cum ſua aqua Mercuriali, quam capite de ſolutionibus, cæteris aquis acutis adiunximus. Ex his duabus aquis ſulphureis vnam accipe quam volueris, ſcilicet hanc quæ Venus & aurum dicitur, hanc da bibendam inimico tuo, hoc eſt coniunge illam ſulphuri quod ferrum dicitur. Diximus enim

enim loco iam citato ſulphur cum ſuo ſimili ſiue compari, hoc eſt arſenico tincturam fieri. Intelligitur autem per Leonem antiquum ſiue Draconem Mercurius conuerſus in ſal, antiquum vero vocant quòd incorruptibilis ſit. Ex hac ſententia reliquos verſus quoque intelliges, ſcilicet qui ſoluere non poterit, ſub ntelligendum noſtrum arſenicum & Mercurium noſtrum, neque ſubtiliare ſulphur, corpus ſulphureum non tangat, neque argentum viuum noſtrum; non poterit enim fixum ſulphur quod Martis nomine appellatur, tenere volatile arſenicum, niſi peroptime commixta fuerint, & ex duobus vnica ſubſtantia facta fuerit, quod cum aqua Mercuriali, quam aquam viuam appellamus, fieri poteſt, quæ medium tenet in commixtione tincturarum, hoc eſt inter ſulphur & prædictum ſal præparatum, ſal diſsolutiuum appellatum. Raſis mentionem facit in ſuis ſcriptis horum ſulphurum, & dicit aquam æris ſolutam ad rubrum & meliorem et fortiorem eſſe, quàm ferri aquam, hoc eſt cum ferrum ſublimatum fuerit in rubedinem conuertitur, et aceto adiecto rubicundum colorem acquirit vt ſanguis. Quum igitur ſulphur Martis nomine appellatum quaſi extrinſecum ſit in ſupradicto Saturno, propterea in præparatione facilius ab eo ſeparatur à commiſtione, hanc ob cauſam diximus lib. 4. cap. 14. ea metalla quæ paruam quantitatem Mercurij habent, facilius ſeparari à commiſtione ſalis, & eodem loco de iſto ſulphure Martis nomine appellato, dixi Martem fuſionem non habere, hoc eſt non ſolui. Propterea cum iſto ſale non commiſceri, quod fit per priuationem multæ humiditatis Mercurialis. Propterea cap. 10. eiuſdem libri diximus, corpora ab inuicem per iſta duo examina non ſeparari (hoc eſt in calcinatione ſulphuris cum aceto & ſale, & in diſtillatione à ſale & ſeparatione) niſi per diuerſitatem compoſitionis ipſorum ſubſtantiæ: nam ex ea diuerſitate naſcitur diuerſitas fuſionis, hoc eſt ſolutionis, ſpiſſitudinis et raritatis, quæ principales cauſæ ſunt ſeparationis noſtrorum metallorum. De ſolo Marte autem loquendo,

dico ipſum eſſe igneum, hoc eſt ſulphur ruffum, calidum et ſiccum, et facilis combuſtionis ante præparationem, propter multam vnctuoſitatem, cholericum propter vehementiam caloris; amarum et acutum, quum cholericum ſit, eſt namque cholera propter indigeſtioné cibus amarus et acutus. Dicitur autem maſculinus, quòd calidus ſit, et principale ſemen metallorum et elixir. Ita nimirum compræhendes in vno metallo communi omnia metalla philoſophorum compræhendi, et ibi aurum et argentum eſſe in potentia propinqua, quum in ipſo ſit ipſorum ſemen à natura pro parte digeſtum et fixum, nec aliud tamen eſſe præter ſulphur et argentum viuum. Si vero huius rei certificari voles, conſiderabis ea diligenter quæ lib. 2. cap. 7. et 16. et lib. 3. cap. 4. circa finem ſcripſimus.

DEM. Niſi praxim videro huius operationis, non capacem me ſentio vt hæc intelligere queam, tametſi aduertam artem naturam in multis imitari.

GEB. Natura per decoctionem adurit terram, et aquam ſimul commixtam, et vitriolum generat, ars vero adurit ſua metalla, et redigit ea in calcem in qua vitriolum occultatum eſt, naturæ et artis ſemen: per putrefactionem autem et ſeparationem extrahitur vitriolum et ſulphur. Natura reſoluit ſuum vitriolum et exhalat duplicem fumum, ars ſimile facit in ſuo vitriolo. Natura per ſublimationem ducit duplicem illum fumū in loca mineralia, et ipſum coniungit cum ſulphure fixo, ars ſimiliter ſuum duplicem fumum coniungit cum ſulphure fixo. Cum vero fumus ille albus nobis magnū impedimentum eſſet futurum in fixione, propterea remouemus illum et in ipſius locum accipimus Mercurium viſcoſum coagulatum, quem à fecibus aduſtis extraximus. Propterea diximus lib. 2. c. 5. ſemper illud ſeparari quod eſt corpori in capello aludelis propinquius, ſicut in puluere ſurſum eleuatum, hoc eſt in aquam ſolutum ab eo quod remanet in fundo vaſis præcipitatum. Natura quoque illud ſulphur fixum lauat, ſimile facit ars. In lotione autem huius ſulphuris ruffi in colore vini

ruffi,

ruffi primo calcinatur et fit nigrum propter ipſius oleaginitatem, et à Raymundo nigrum nigro nigrius appellatur ſui vitrioli. Propterea diximus lib. 4. cap. 20. Martem in omni genere combuſtionis, nigredinem et fuſcum colorem creare, plus tamen aut minus, quo metallum magis aut minus calcinatum fuerit: nam per fortem calcinationem ſulphureitas aduſtibilis conſumitur, vt lib. 3. cap. 7. oſtendimus. Hac de cauſa omnes Philoſophi maximè in hoc conueniunt putantes illas debere eſſe nigras, fortaſſe vt propter abundantiam ſulphuris calx non vitrificetur, ab hac nigredine vſque ad albedinem omnes ſui cæteri colores apparent: ſunt enim albedo et nigredo externi et planè contrarij colores, et omnes cęteri colores planè intermedij. Propterea ſemper in hac præparatione quotieſcunq; de gradu ad gradum aliquid de nigredine deperditur, ſemper color apparet minus niger, quouſque tandem ad vltimum, et perfectum colorem albedinis perueniatur.

DEM. Credebam hanc colorum diuerſitatem apparere poſt coagulationem elixir: dixiſti enim libro 2. cap. 16. proprietatem eſſe ſulphuris cum argento viuo, colorem rubrum creare aut citrinum ſecundum quantitatem commixtionis, proprietatem vero remotionis ſulphuris eſse, dare Mercurio albedinem per ignem. Hæc igitur cauſa eſt diuerſitatis colorum in ipſo poſt ipſius coagulationem in petram ſiue lapidem. Hunc vero modum loquendi non intelligo: nam cum ſulphur et Mercurium ſimul ponerem vt coagularentur, putabam amplius non remouendos neque ſeparandos eſſe: quomodo erit igitur ſulphur cauſa varietatis colorum poſt coagulationem elixir?

GEB. In ſulphure, vt Albertus de mineralibus tradidit, ſunt duæ vnctuoſitates aduſtiuæ, vna maior et quaſi extrinſeca, altera minor, & intrinſeca. Prima rubra eſt, et remouetur per lotionem: intrinſeca vero conſumitur poſt coagulationem elixir, quod primo nigreſcit et deinde ſucceſſiuè paulatim minuitur, et conſumitur ea humiditas vnctuoſa, quæ nigredinis cauſa fuerit.

fuerit. Hoc modo dicimus ſulphur remoueri, quoniam conuertitur in albedinem perfectam, et poſtea in colorem citrinum, vltimo vero in colorem rubrum: fit igitur ſulphur duabus vicibus nigrum et bis album et bis rubrum.

DEMOGORGON. Quanto temporis ſpatio coagulatur poſt præparationem ſulphuris, et Mercurij.

GEBER. Simul poſtea in vas longi colli et rotundæ capacitatis in pignatam cinerum cum igne lucernæ, quæ quintuplex ſiue ſeptuplex elichnium habuerit, coagulabitur viginti dierum ſpatio aut citra. In ſpeculo Alchemiæ ſcriptum eſt, materiam lento igne regendam donec maior pars in terram nigram conuerſa ſit, quod fit in 20. dierum ſpatio.

DEMOGORG. Eo tempore quæ apparebant ſigna?

GEBER. Loco ſupradicto ſcriptum eſt, materiam cum ignem ſenſerit, ſubito in aquam ſolui et reſolui, et tunc ſpiritus ſurſum eleuari et aſcendere per collum longum vaſis, et ſupra aquam ſubito congregari oleum in modum nebulæ nigræ. Ideo dicit Ioannes de Rupeſciſſa, ſcilicet poſt calcem eleuari pelliculam quandam nigram vt oleum, deinde vero poſt paucos dies materiam coagulari ſub aqua in medio vaſis eo loco, quo ignis flamma ipſum vas tangit, et paulatim reſtare et augmentari eam materiam coagulatam, donec quaſi terræ globus in medio aquæ, in prima creatione mundi, materia hæc arida emineat, vt inſula in medio maris ab aqua circundata: compremuntur autem aqua et ſulphur et ſimul in colore nigro coagulata, in forma oui quod ſuo albumini inſiſtat.

DEMOGORG. Quamdiu durat hæc nigredo donec in cipiat dealbari?

GEBER. Scriptum eſt in libro Roſarij quadraginta diebus continuis, nam alteram aquam permanere nigredine coopertam, eam vero nigredinem vltra quadraginta dies non duratare, ſi rectè et modo debito guber-

gubernata fuerit, hæc à veteribus ſub velo fabularum poeticarum occultata ſunt.

DEM. Mirum ſanè Philoſophos veteres hanc artem tam obſcuris & Chimericis figmentis occultaſſe, quæ à noſtris grammaticis declarantur et detorquentur ad ſenſum moralem.

GEB. Qui huius ſcientiæ nullam habuerit cognitionem, non capiet rationem aut intentionem veterum Philoſophorum, fingendo tantum numerum deorum & dearum, aut quid iſti per iſtorum generationem ſtupra & amores variaſq; mutationes deſignare voluerunt, non intelliget. Stultum enim eſſet credere hæc ficta, vt morum diſciplinam occultarent, quam tanta cum laude, & publice & priuatim verbis, & factis in omni virtutum genere adeo ſtrenue propoſuerunt.

DEM. Si me tanti ſecreti faceres participem, præter cætera tua in me collata beneficia, hoc vnico me quàm arctiſſime deuincires tibi.

GEB. Ne forte credas me ſolum huius opinionis eſſe, legas Albertum lib. 1 de mineralibus, cap. 4. qui dicit, Empedoclem qui longo tempore præceſſerat Hermetem confirmaſſe lapides creatos ex calore ardente, huius affirmationis originem corporis ex antiqua fabula Pyrrhæ & Deucalionis, in qua fabula lapides magnæ matris oſſa dicuntur; oſſa vero ſecundum Empedoclem pro parte ex Vulcano compoſita ſunt.

DEM. Mihi videntur verba hæc ab Alberto in hanc ſententiam minime dicta eſſe.

GEB. Lapides à calore ardenti generati colores ſunt noſtrorum metallorum ex ignis vehementia generati, & propter duritiem oſſa vocantur, & partim ex Vulcano compoſita ſunt, hoc eſt ſulphure, quod ignis nomine appellatur, quòd in ipſis prædominet ignis, hoc eſt ſulphur. Sunt autem lapides magnæ matris dicti, hoc eſt terræ, quod eorum generatio fit ex metallo, quòd magnam quantitatem terræ in-

ſe continet, nam tota ſubſtantia fixa & terrea ſunt. De Pyrrha & Deucalione fabulantur Poetæ, hos tempore diluuij in nauicula, quam conſcenderant, ſaluatos euaſiſſe ſolos, per diluuium ſignificare volentes noſtras aquas albas. Verum per Pyrrham, & Deucalionem in ſimul ſignificabant ſulphur iſtud ſubtile, quod ſupra Hermaphroditum nuncupari diximus: hi duo ſaluantur conſcenſa nauicula, hoc eſt in illa nigra pellicula quæ ſupra aquam eleuatur & inatat vt oleum. Per illos lapides quo proijciebat Pyrrha, & conuertebantur in fœminas, ſignificarunt argentum viuum, hoc quod finita diſtillatione remanet in boccia fixum & terreum: per lapides vero à Deucalione proiectos qui in maſculos conuertebantur, ſignificatum eſt iſtud ſulphur, quod Martis nomine ſuprà appellari diximus. Ad hæc legimus apud Albertum lib. 1. cap. 8. ſecundi tractatus, fabulam de Gorgone, quam finxerunt Poetæ, omnia quæ conſpiceret in lapides conuertiſſe, ita explicandam eſſe, vt per Gorgonem intelligamus virtutem & potentiam mineralem, & per conſpectum Gorgonis, diſpoſitionem humorum corporis ad virtutem lapidificatiuam.

DEM. Explicatio hæc multo obſcurior eſt, quàm ipſe textus ſit.

GEB. Mineralia hæc ſulphura ſunt, virtus vero eorum fortis, virtus eſt metallica induratiua & figens: aſpectus autem eorum corporum metallicorum ad virtutem hanc mineralem fit, cum iam fumi aſcendunt in collo longo vaſis ſiue bocciæ, & reſpiciunt & reducunt retro ſe ad hanc virtutem mineralem; quæ indurat, & conuertit iſtos vapores in lapidem nobiliſſimum philoſophorum. Vxor Loth ignem fugiens contra Dei iuſſum retro ſpectans conuerſa eſt ſtatuam ſalis. Poetæ finxerunt Iouem amore captum Ganymedis, eum rapuiſſe in aquilam conuerſus, & in cœlum portaſſe: quæ autem ſæpius à nobis dicta ſunt de duplici illo fumo in hac fabula comprahenduntur, Nam per Iouem ſignificatur ſupradictum

ſal, quod per diſtillationem conuertitur in aquilam, hoc eſt in aquam Mercurialem, quam in iſta arte aquilam nuncupare conſueuimus, propterea quod ſuperuolat omnes alios ſpiritus. In libro de aluminibus & ſalibus, legimus atramentum, hoc eſt ſulphur regi per aquilam, affirmante Gebro philoſopho, quo loco ſal armoniacum intelligi debet; per Ganymedem tantæ pulchritudinis intelligendum ſulphur, quod aurum appellari diximus alibi. Iupiter vero huius amore capitur, propterea quòd naturaliter inuicem coniuncti & vnici ſint in ſubſtantia vna, propterea in diſtillatione portat eum ſecum ſubuolando in cœlum, hoc eſt in capitulum ſiue capitellum bocciæ, hoc eſt vaſis in cœli figura concameratum. Præterea ſcribit Virgilius in 6. Aeneid. de Dædalo cum ſuo filio incluſo in labyrintho ipſis aptaſſe alas ex pennis cum cera quibus euolarent ex labyrintho. Icarus vero nimis alte volans in mare præcipitatus eſt, liquefecerat enim Solis calor ceram cum qua alæ compactæ, & ſibi adaptatæ erant.

DEMOGORG. Huius fabulæ expoſitionem auide expecto.

GEB. Dædali nomen Græca dictio eſt, Latinè varium ſignificat, & deſignat nobis ſulphur, quod Martis nomine nuncupari diximus, quod admodum varium eſt transmutando ſe de colorem in colorem, & ab vna natura in aliam: ſulphur iſtud parens eſt alterius ſulphuris admodum ſubtilis & fuſilis, quod ſub Icari nomine Dædali filio intelligitur, eſt enim arſenicum ſubtilior & fuſibilior pars Martis. Per Labyrinthum poetæ intelligere volunt vas ſiue bocciam, aut potius vilem lapidem philoſophorum, in quo dicti ſulphures incluſi ſunt. Alæ autem quibus auolare conantur, & in altum feruntur, ſunt hæ res de quibus mentionem feci lib. 2. cap. 10. dicendo, Corpora quæ indigent adminiſtratione rerum ſubleuantium aut exaltantium ſunt Venus, & Mars, propter earum tardam fuſionem, hoc eſt ſolutionem. Venus enim tutia indi-

get,

get, Mars vero arſenico, nam his rebus facile eleuantur, & ſurſum feruntur, nam inter ipſos magna quædam conuenientia eſt.

DEM. Mihi perſuadeo & hunc locum ex illis eſſe, quos tu ſolus intelligis.

GEB. Per tutiam ſignificatur aqua Mercurialis quæ per diſtillationem exprimit ex dicto ſale extracto è lapide Venerem, quam Icari nomine ſignificamus. Iſte Icarus ſimul aqua iſta alte volat, hoc eſt in capitellum vaſis vſque eleuatur calore enim ſal diſſoluitur. Icarus vero per roſtrum capitelli in vas recipientis cadit in aquam amaram, & ibi ſuffocatur; nam per decoctionem nigreſcit. Alæ vero cum quibus Mars auolat, ex dicto lapide arſenicum deſignant vt apertè ſatis diximus lib. 3. cap. 16. Propterea quòd humiditas & acuitas aceti, mediante calore fumi agens in corpus calcinatum, & ſubtiliatum, diſſoluit enim & attrahit ſubſtantiam ſalis occultam in iſto calore, cum eodem attrahendo ſubtile; quod ſulphur Venerem nuncupamus, in profundo huius ſalis incluſum. Nam propter colligantiam ſulphurum in hac putrefactione arſenicum attrahit & ſurſum ferri, & ſublimari facit Martem. Cera autem cum qua alæ adaptatæ, & affixæ erant, eſt ſupradictum ſal viſcoſum dealbatum, vt cera alba Tyrrhenia ſuperius nomine Iouis appellatum. Tradidi autem hæc fuſius lib. 3. cap. 7. prope finem loquendo de corporum eleuationibus cum ſpiritibus. Meminit inſuper Vigilius rami aurei, quo detruncato ſtatim alius ſubnaſcitur ſimilis, per arborem ſignificare volens ſal vegetabile ex quo per ignis expreſſionem diſtillatur illud ſulphur quod aurum appellamus. Cum enim totum iſtud ſulphur vna vice ſimul omnem rem non exprimat, ſed paulatim guttula m guttula inſequendo, finxerunt ramo vno detruncato ſtatim alium ſubnaſci, hoc eſt expreſſione forti ignis. Sed hoc ſenior Philoſophus apertius demonſtrat dicendo animam hanc è petra non exprimi poſſe vna vice, ſed multis vicibus, & paulatim. Propter hanc

cauſam

cauſam veteres eam animam, & animas, florem, & flores tincturam & tincturas ſanguinem, & ſanguines, pinguedinem, pinguedines, appellaſſe, propter tardum egreſſum de gradu ad gradum. Finxerunt etiam Iouem iratum patri ſuo Saturno genitalia excidiſſe cum acutiſſima falce, & hæc cecidiſſe in mare, & ex commixtione ipſorum ſanguinis cum ſpuma maris Venerem procreatam, Per Saturnum intelligentes prædictum ſal, quod pater Iouis dicitur, hoc eſt ipſius ſalis præparati quod ab iſto generatur, iſtud ſal poſitum in ignem in vaſe ſiue boccia, Iupiter iratus & igne alteratus dicitur, & ſoluitur in aquam ſubtilem, & acutam; quæ ſignificatur per falcem acutam cum qua Iupiter iratus patri genitalia excidit, hoc eſt ſeparat & attrahit ſecum patres maſculinas ſiue virilia, hoc eſt ſulphur intrinſecum in ipſo ſale, & ſimul cadunt in vas recipientis, quod ſignificatur per caſū in mare, ſcilicet in aquam ſalis: ex iſto ſale & ſulphure generatur Venus, vt ſuprà diximus. Hæc aqua currus Phaethontis, quem Poetæ Eridanum vocant, propterea quòd ipſo vehatur noſter Sol & ſpiritus fœtentes quos appellamus æs. Finxerunt etiam quidam Mineruam filiam eſſe Iouis, Iupiter enim ſuum caput feriens, armatam ex ipſius cerebro profiliſſe Mineruam. Figmentum hoc ita intelligendum eſſe cenſeo, Iupiter in ignem alteratus caput ſuum conuertit, hoc eſt Sal iſtud quod Saturni nomine nuncupamus, in quo ſal iſtud, ſubtile, album, molle, humidum, vt cerebrum continetur, ex quo per diſtillationem naſcitur Minerua armata, hoc eſt aqua illa veſtita ſiue amicta ſubtiliſſima parte ſulphuris, quod Martis nomine vocamus. Dicunt præterea Vulcanum amore captum Mineruæ eam pertinacius conſecutam, tandem veſte arripuiſſe, & ſemen in terram profudiſſe, ex quo puerulus ſtatim natus ſit, ſic Mineruam Vulcani vim euaſiſſe. Per Vulcanum intelligimus ſulphur quod ignem vocamus, & ferrum. Magno amore afficitur erga aquam Mercurialem, quam Mineruæ nomine ſigni-

gni-

grificamus. Sunt enim in ſimul in vno eodemque metallo. Propterea hanc in calcinatione ſequitur & in putrefactione. Cum vero naturæ ſint diuerſæ & faciliore ab inuicem ſeparantur, finxerunt Mineruam Vulcani congreſſum fugere, cum hoc ſulphur non retinet ſemen quemadmodum aliud ſubtile ſulphur. Propterea dictum eſt hanc arripuiſſe vi ſte, quòd cum ipſa vnitum ſit, & cum ſuo ſale coniunctum, quaſi extrinſece, & ſic in ſeparatione dimittit ſuum ſemen, hoc eſt eam partem ſubtilem ſulphuris ſpargendo in terram ipſius ſalis; per diſtillationem verò naſcitur illud ſulphur, quod Ganymedis nomine ſignificari ſupradiximus, quemadmodum etiam Appollinis & Phœbi, & ſic euaſit vires Vulcani per remotionem ſiue ſeparationem hanc, quæ fixioni impedimento fuerat. Finxerunt etiam veteres à Ioue amatam Io, ipſa vero Iouem fugiens à craſſa, & obſcura nubecula circumdata, vt in curſu ſubſiſteret; per Io ſignificantes ſupradictam aquam Mercurialem à Ioue amatam, cum eiuſdem ſubſtantiæ ſint, ſimul vero iuncta & bocciæ incluſa ad ignem aqua per diſtillationem aufugit per longum collum vaſis, deinde recidens ad fundum vbi à Ioue circundatur pellicula nigra ſupradicta, per quam coagulatur & firmatur Io, hoc eſt in curſu ſiſtitur. Iſtæ nigræ pelliculæ vela ſunt, quibus Theſeus rediit nauigio Athenas, quas videns Theſei pater ſibi perſuadens filium obiiſſe, ex deſperatione ſe præcipitem dedit in mare, & ibi aquis ſuffocatur. Per Theſeum ſignificare volentes ſulphur iſtud ſubtile, quod in pellicula aut potius oleo iſto continetur per Theſei nomen ſignificatum. Pater vero Theſei Egeus (hoc eſt ſulphur craſſum magis) ſe præcipitem dat in mare, hoc eſt in aquam ſalis, & ibi ſoluitur & moritur, hoc eſt ſuffocatur, nam ſecundo denigratur. Inter reliqua plura eiuſmodi poetica figmenta tradiderunt veteres poſt diluuium & terræ exiccatum ab inundatione aquarum varias animalium ſpecies à terra productas, inter cætera vero animalia ſerpentem quan-

quandam produxiſſe, hac ſagitta interremptam ab Apolline ſiue Phœbo. Hanc fabulam hoc modo interpretati ſunt, per diſtillationem, quam etiam ſublimationem appellamus; primum lento igne diluuium venit, hoc eſt intro humiditas aquea apparet, hac remota & fortificato igne terra, hoc eſt, materia noſtra, quæ multum in ſe terreſtreitatis habet, producit animalia, hoc eſt ſulphur iſtud ſubtile quod animale dicimus. Verum inter animalia cætera etiam ſerpentem illud gignit, quem Phitonem appellant, hoc eſt, aquam fœtidam, quam Phœbus occidit, hoc eſt à noſtro ſale coagulata & denigrata in medicinam humani corporis. Fingunt præterea Martem filium Iouis, & Iunonis, ſunt tamen qui Martem ſine patre à ſola Iunone procreatum velint. Per Iunonem vero etiam ſi ſæpius elementum aeris intelligant, tamen cum dicunt Martem filium eſſe Iunonis ſine patre natum per Iunonem terræ elementum intelligunt. Iupiter autem poſt putrefactionem cum Marte, & Iunone reperitur. Quod autem per lotionem Mars ab ipſius vêtre ſeparatur, propterea dicitur ipſius filius ſaltem in aliqua parte patri ſimilis eſſe debeat & matri, hoc vero ſulphur quod Martis nomine intelligimus Iouis nullam ſimilitudinem penitus referat, calidus enim eſt, & ſiccus rufus, durus, abſque viſcoſitate, & ſolutione, & quaſi argẽto viuo priuatus: Iupiter vero frigidus, & humidus eſt, albus, molis, viſcoſus, facilis fuſionis & ſolutionis, quaſi argentum viuum mortificatum, hanc ob cauſam finxerunt Martem Iunonis filium, hoc eſt terræ, pinguedo enim terræ eſt.

DEM. Oſtende igitur iam quo loco Iunonis nomine terræ elementum intelligunt?

GEB. Finxerunt Iunonem filiam eſſe Saturni, & Opis ſororem, & vxorem Iouis, & in eodem partu ante Iouem in lucem editam, reginam eſſe deorum, & dearum, diuitiarum præeſſe partui & matrimonio. Aqua vero Mercurialis per Iunonem ſignificata dicitur filia Saturni, diſtillatur enim ab ipſo, & ſua terra

ſigni-

ſignificata dicitur filia Saturni, diſtillatur enim ab ipſo ex ſua terra ſignificata per Opim. Hæc autem largitur diuitias, hoc eſt aurum noſtrum, & in ea diſtillatione generatur Iuno, hoc eſt aqua illa Mercurialis ſignificata per elementum aeris, & Iouis, hoc eſt ſal quod in fundo vaſis, ſiue bocciæ remanet inter feces. Quum vero aqua Mercurialis diſtillatur prior, & prima exeat extra bocciam ſiue vas diſtillationis, dixerunt veteres Iunonem in eodem partu ante Iouem natam. Idem ſignificare volebam lib. 1. cap. 11. diſſerendo de præparatione Iouis, dicendo, Saturnum eodem modo præparari (deridens eos qui non ſunt filij huius artis) aliquando ſolummodo hoc quod corpora non poteſt frangere, hoc eſt terreſtreitas, quæ non frangit, hoc eſt non ſoluit corpora ſulphurea, adijcendam vero aquam Mercurialem, ſed prius antequam Iupiter redeat in corpus ex ſua calce, hoc eſt ſale albo, vt vera calx. Præterea dicunt Iunonem præeſſe partui, quod diſtillando producat in lucē Phœbū, ob hoc etiam Lucina dicta: matrimonio quoque præeſſe dicitur, propterea quòd intermedium quoddam ſit in coniunctione tincturarum ſulphurearum, hoc eſt Veneris & Martis. Significatur autem per ſubtiliſſimum rete fabrefactum è chalybe. Dicebat Morienus, animam, hoc eſt, Venerem non coniungi cum corpore, hoc eſt cum ſulphure Martis nomine ſignificato, niſi mediante ſpiritu, hoc eſt aqua hac ſpirituali. Dicitur etiam Iouis vxor propterea quòd hæc duo ſimul noſtrum aurum progenerent, aut quod ſimul iuncti ſunt & vniti ante diſtillationem, & adſcribunt ipſi regnum ſuper omnes Deos & deas gentilium, quos ſignificamus noſtris metallis. Hæc enim regit, nam per hanc naſcuntur, ac ſoluuntur, ſubtiliantur, ac ſeparantur, coiunguntur, mortificantur, viuificantur, & fructificant, propterea finxerunt eam etiam deam diuitiarum.

DEMORGOR. Ne mireris hactenus tam prolixum ſermonem non interupiſſe me: nam vt verum fatear,

fatear, plurimum delectatus ſum hac interpretat... adeo obſcurarum atque plane Chymericarum, aut potius monſtroſarum fabularum, & figmentorum: & (vt dicam quod ſentio) plane perſuaſum habeo, te eiuſmodi fabulas omnino detorquere in tui animi ſententiam etiam ſi veteres eius intentionis in quam tu eas detorquere ſtudes, nequaquam fuiſſent vnquam.

GEB. Si tu aliquando interfuiſſes praxi huius artis, & eius rei periculum feciſſes, & filius eſſes noſter, hanc veritatem etenim cognoſceres & perciperes. Nam niſi negaueris hanc opinionem veterum, quam tibi dixi, ſcilicet omne metallum in omni contineri, & huius dicti explicationem per me tibi traditam, penitus intellexeris, numquam negabis hanc veram eſſe intentionem antiquorum poetarum, in ſuis fabulis, & figmentis. nam omnibus modis elaborauerunt, vt hanc ſcientiam penitus obſcurarent & abſconderent ſuis figmentis & fabulis poeticis, vt naturæ ſecreta ignorantibus & indignis occultarent, quod etiam plures ſapientes harum rerum periti, mecum affirmare non dubitauerunt. Scribendo etenim finxerunt Latonam ſtupratam a Ioue, propter quam rem Iunonem de cœlo deſcendiſſe, hanc in inſula Delo inueniſſe, vbi Phœbum & Dianam peperit. Per Latonam intelligentes illud ſulphur, quod ſuprà Veneris nomine ſignificari diximus, quod cum impurum ſit & alteratum compoſitum de Ioue & Iunone, hoc eſt de aqua, illa aerea, deſcendit de cœlo, hoc eſt de alembici capitello, & innenit Latonam in vaſe ſiue boccia, quę ibi parit elixir album & ruffum, Finxerunt etiam Vulcanum filium eſſe Iouis & Iunonis, quemadmodum etiam ſupra de Marte diximus quum vero deformis eſſet & facie turpis, ſubito fuit deiectus in Inſulam Lemnon, & ibi nutritus & educatus à ſimijs. Per Vulcanum intelligebant ſulphur quod Martis & ignis nomine ſignificari iam ſæpius monuimus, quod poſt putrefactionem coniunctum eſt & vnitum Ioui & Iu-

, ſed in diuerſa natura fuſione & ſpiſſitudine & raritate & ab ipſis ſeparatur, propterea quòd, vt lib. 3. cap. 4. diximus argentum viuum aliud ſulphur non recipiat eo excepto quod ſuæ naturæ eſt, hoc eſt arſenicum quod de natura ſalis participat. Propterea dicunt Vulcanum eſſe filium ipſorum, quòd ab eorum ventre ſeparetur: quum vero turpis ſit, & deformis propter ſuam vnctuoſitatem aduſtiuam, abijcitur in inſulam Lemnon: hoc eſt in vas ſiue bocciam in quam cadunt ſagittæ, hoc eſt hæc ſulphura, quæ generata ſunt ex vaporibus calidis & ſiccis: ibi nutritus & educatus à ſimijs, hoc eſt, à veris artiſtis ſiue huius artis perfectis artificibus, qui naturam imitantur. Ad hæc finxerunt Atalantam omnium hominum velociſſimum curſorem, ſuperatum tamen & victum tribus pomis aureis, per Atalantam ſignificantes noſtram aquam velociſſimam & leuiſſimam ſuper coniuncta ſulphura, ipſis vero coniuncta, hoc eſt Marti, Soli & Veneri in ſimul, aut cum Ioue qui ſemper plenus eſt Apollinis & confectus, formatur & coagulatur. hæc tria poma tres boli ſunt, quibus Theſeus inuiſcabat ora Minotauri in Labyrintho: per Minotaurum poſitum in Labyrinthum ſignificatur noſtra quinta eſſentia, quæ in vaſe ſiue boccia inuiſcatur & coagulatur, cum ſupradictis ſulphuribus.

DEM. Magnas tibi gratias ago. quòd me tanti ſecreti voluiſti fieri participem, vt citra omnem inuidiam ea, quæ ab antiquis ſummo ſtudio occultata ſunt pro ſingulari tua humanitate mihi aperires & explicares, nam inde ſpero tandem me verum ſenſum fabularum & figmentorum poeticarum inuenturum. cum mihi igitur hac parte ſatisfactum ſit, eiuſmodi inquiſitiones relinquemus, vt ſermo noſter inchoatus eò redeat, vnde diſceſſimus de metallis verba facientes, ſcilicet ex quonam metallo ſupradictæ res fieri debeat, nā cum ex vno ſolo, nec tamē ex auro cōmuni fieri debeāt; perſuaſum habeo ex argē:o fieri debere, & hoc nō

citra

citra rationem, quum tu iubeas illud aurum accipiendum, quod in profundo metallorum occultatum ſit. Cũ vero Luna in profundo aurũ ſit vt in teſtamento aperte demonſtraſti, omnino argentum accipiendum erit nobis abſque dubio. Scripſiſti etiam libr. 1. cap. 18. Lunam eſſe tincturam albedinis. Et plures Philoſophi Lunam fermentum albedinis nuncupant, & Medici argentum in ſuas mixtiones medicamentorum recipiunt. Albertus adhuc in fine tertij libri de mineralibus dicit, nos certo ſcire, quòd habentia ſimbolum in materia & virtutibus, & pollentijs naturalibus, facilis eſt tranſmutatio ad inuicem, & paulo inferius. Non lateat vos, inquit, quòd in omnibus quæ circulares ex ſe inuicem habeant generationes, facilior eſt tranſitus eorum, quæ in pluribus habeant conuenientiam, propter hoc etiam ex argento facilius fit aurum quàm ex metallo alio: non enim mutari oportet in ipſo, niſi colorem & pondus, & hæc de facili fiunt, compacta enim ſubſtantia magis adauget pro certo pondus diminuto aqueo, & aucto bono citrino ſulphure conſequenter variabitur color, hic autem modus eſt & in alijs.

GEB. Pro certo tibi dico, ſi tota ſubſtantia aurea ſiue argentea nobis præparanda eſſet, non autem reducendo eam ad materiam ſuam primam, hæc longe cæteris præſtare, ſed hoc modo parum eſſe vtilia. Verum eſt ſecundum viam breuẽ ſupradictam ex argento, facilius aurum fieri poſſe, quam ex alio quouis metallo. Propterea quia conſummata humiditate aquea per calcinationem ſubſtantia reducta, fit magis fixa. Proptetea dixi lib. 2. cap. 18. pondus accreſcere per minimam admixtionem noſtri ſulphuris boni & præparati in manifeſto albi, in occulto vero citrini & ruffi, pluribus diebus ſimul decocta tandem mutari in colore, quia color tincturæ in ſulphure occultatæ per virtutem caloris manifeſtabitur, & hic modus eſt communis in omni metallo. Loquendo autem de præparatione elixir ſecundum viam prolixiorem nouem menſium, hoc

ducendo metalla ad eorum materiam primam, fieri non poteſt, vt aurum ſiue argentum ſint meliora cæteris metallis: nam in his non reſtat prima ſubſtantia nec primæ qualitates exceptis intrinſecis quæ omnibus ſunt communes. Verum eſt (vt iam diximus) vnum ex cæteris metallis in ſua minera aliquam acquiſiſſe ſubſtantiam & proprietates, quibus præparatum aptius & propinquius fiet noſtræ arti auro, & argento, quemadmodum breui intelliges. Reſpondendo vero tuis rationibus adductis, dico etiam ſi ſæpius philoſophi per Lunam intelligant, & Iouem & Venerem & Mercurium, nihilominus per Lunæ vocabulum etiam intelligi debere ſal, Saturni nomine ſignificatum, quod in ſuo profundo ipſum aurum philoſophorum eſt, vt ſuprà diximus. Poſſumus autem per Lunam intelligere ſulphur præparatum album vt Luna, & hoc in profundo aurum & argentum eſt, & tinctura & fermentum albedinis & rubedinis ſuprà ſuo Mercurio, argentum hoc indurat & figit noſtrum Iouem, & conuertit ipſum in naturam metallicam, & commiſcetur noſtro Soli, vt aperte oſtendimus lib 1. cap. 18. Etiam poſſumus per Lunam intelligere elixir album, hoc enim eſt tinctura albedinis, & fermentum albedinis in multiplicatione, & in ſecreto aurum eſt, & facilime in aurum conuertitur, quia continuando vel fortificando ignem materia magis figitur & pondus accreſcit, & tinctura ruffa ſulphurea, quæ in profundo latet, manifeſtatur. Si autem de Luna medicinam aliquam facere volueris pro humano corpore, eodem modo fit quo ſuperius de auro à nobis dictum eſt.

DEM. *Si* ſupradictæ res omnino è metallis fieri debeant tamen ex perfectis metallis fieri non poſſint, neceſſe eſt ex imperfectis metallis ea facere, ſed prius præparatis.

GEB. Secundum opinionem & rationes Rogerij Bacconis, quas ſuprà allegauimus de auro communi verba facientes nullum dubium eſt: nam hæc ſcientia tractat de corporibus imperfectis in quantum conuenit

ea

ea facere perfecta, vt in præfatione libri inueſtigati- oſtendi, & Calliſthenes ſummus in iſthac ſcient- dicit Alchemiam ſcientiam eſſe, quæ inferioribus metallis excellentiam, & nobilitatem ſuperiorum tribuat; & beatus Thomas in principio 4. lib. Metho. dicit, Præcipuus Alchemiſtarum ſcopus eſt tranſmutare metalla (ſcilicet imperfecta) ſecundum veritatem & non ſophiſtice.

DEM. Puto per proiectionem elixir imperfecta metalla perfecta fieri.

GEB. Hæc dico ſi abſque corruptione rerum extranearum præparatum perfectum fieret elixir, & hoc ſatis clare aperte demonſtraui in procemio libri Inueſtigationis, & in cap. de præparatione aceti acerrimi, & adhuc lib. 1. cap. 8. dicendo quòd in depuratione metalla imperfecta ingenio & induſtria per artificium reducantur in puram & nobiliorem ſubſtantiam breui tempore, quod à natura non poteſt fieri, & in lib. Teſtamenti dixi, quod omne metallum intellige imperfectum) per calcinationem poſſit conuerti non ſolum in ſal, ſed etiam in verum Solem, & veram Lunam, neque tu poteris mihi hoc loco obijcere, intellexiſſe me de metallis perfectis, quum hæc ſint verus Sol & vera Luna, neque per proiectionem, ſed per calcinationem hoc fit. Præterea diximus in lib. Inueſtigationis, cap. de vitriolo, quod ex corporibus imperfectis extrahantur diuerſa vitriola, quæ nobis neceſſaria ſunt, & vtilia. diximus etiam diuerſa vitriola, quòd in iſta arte non ſolum alumina, ſed etiam ſulphuris varia genera dicuntur vitriola, lib. 4. cap. 9. verba faciens de medicina tingente) Lunam in aurum, diximus fieri hanc, antecedẽte adminiſtratione nota & certa corporis imperfecti. Et ſi mea opera à me conſcripta diligenter euoluiſti, animaduertiſti nimirum me in lib. de radicibus hanc ſententiam protuliſſe videlicet cum videremus corpora imperfecta noſtra experientia & induſtria præparata & mundificata ab omni ſuperflua corruptione, maiorem claritatem & ſplendorem acquirere;

...àm corpora naturaliter perfecta? nos tandem ex ea ...deratione perueniſſe ad finem huius operæ & ſcie...æ. In lib. ſpeculi Alchemiæ ſcriptum eſt, ſi inuenimus materiam in qua ſit argentum viuum, mundum, clarum, album, aut ruffum, congelatum in maſſam, nondum perductũ ad complementum tali modo, vt noſtra induſtria & naturali ingenio ad intimam ipſius perfectamque mundificationem, & completam puritatem peruenire poſſumus taliter vt poſt complementum operæ mille vicibus fortius, & perfectius ſit aliis corporibus coctis ſimplici calore naturali, iam deguſtaturos nos delectabile hoc, ſupra quod omnis intentio Philoſophorum fundata eſt. Præterea dicit Albertus lib. 5. de mineralibus cap. 1. omnium metallorum proprium eſſe, vt appareant incompleta eſſe in ſpecie, & ideo in quolibet conuertibilia: medium vero proprie dictum habet informem naturam, quam formatam diſtinctam extrema retinent, propter quod extrema per ingenium & naturam de mediis reducuntur, quando vnitur extremum ſupra alterum; debemus autem mediorum naturam ſumme notare ad tranſmutationem metallorum, quia in eis conſiſtit plurima ſcientia eorum, quæ vnum in aliud conuertere nituntur.

DEMOG. Percipere nequeo quid hoc loco ſibi velit Albertus per media hæc extrema & virtutem extremorum.

GEB. Per media mineralia hoc loco intelligit Albertus metalla imperfecta, quoniam ſunt iam in via ad perfectionem, non quod ab ipſis per naturam reduci poſſit metallum aliquod perfectum, ſed quòd ab ipſis per artificium extrahi poſſint perfectiſſima extrema, hoc eſt elixir album et ruffum, et quia virtus hæc extremorum in ſulphuribus, et ipſo argento viuo contineatur metallorum imperfectorum, tunc fiunt extrema, hoc eſt elixir album et ruffum. Ob hanc cauſam diximus, lib. 1. cap. 16. metalla imperfecta abſque commiſtione alicuius rei extrema fieri perfecta.

DEM.

DEM. Si bene memini, dixiſti eodem loco pr-ſto perfectum, hoc ipſo magiſterio perfectum & perfectum etiam imperfectum ad perfectionem perducere, & demùm teſtaris hæc ſimul alterari & perfecta fieri.

GEBER Eo loco per perfectum non intelligo neque aurum, neque argentum commune, ſed ſupradictos ſulphures præparatos pro parte fixos, per imperfecta vero intelligo ſupradictum ſal præparatum argenti viui nomine ſignificatum & Iouem, & ex his vnum ab alio ad perfectionem perducitur, quoniam ſulphur inſpiſſat, figit, & tingit Mercurium, Mercurius autem ſubtiliat & fuſibile reddit, incerat & ſeruat ſulphur à combuſtione, Hoc autem modo vnum ab altero alteratur, & hanc reſponſionem poteris habere ex lib. 1 cap. 11. in medio capitis.

DEMOGORG. Mea ſententia, improbaſti eo loco modum hunc.

GEBER. Improbaui quidem eo loco modum hunc, quantum ad litteram puram & nudam: non intelligebam enim de communibus corporibus. Sed de Philoſophorum metallis. Sed vt tandem totam ſummam breui ſermone compræhendam, concludo ipſum elixir, quintam eſſentiam & aurum potabile fieri debere ex metallis imperfectis communibus, quoniam hæc artificio adiuuari, & ad perfectionem perduci poſſunt, & faciliter reducuntur ad ipſorum materiam primam, quum in ſe habeant cauſam corruptionis, quas cauſas enumerauimus nos lib. 3. cap 6. & accidentia quoque materiæ primæ ſuperuenientia, facile ab iјs remouentur, & indigeſtæ partes poſſunt digeri.

DEMOGORG. Dixiſti ſupradictas res fieri debere ex vno metallo ſolo quomodo igitur continentur in omni metallo imperfecto?

GEBER. Fatendum eſt ſupradictas res in omnibus metallis perfectis & imperfectis contineri: debemus autem inquirere, & exquiſita cognitam habere

...m omnium metallorum communium, & ipſo... ...t facilioris aut difficilioris præparationis, & quę nam noſtræ arti aut propinquiora aut remotiora ſunt, & tandem quæ nam pura aut vitiata ſunt in ipſorum radice, vt ſatis aperte monui in finem lib. 1.

DEMOGORG. Erit igitur omnino plumbum accipiendum, ob hanc cauſam quòd alibi dixiſti in ipſo contineri omnia philoſophorum metalla, & lib. 1. cap. 19. dixiſti, plumbum etiam ſi ad argentum minime accedere poſſit, tamen nihil minus per noſtrum artificium ex ipſo facile argentum fieri poſſe. Et adhuc in lib. Inueſtigationis verba faciens de plumbi aqua, dixiſti, hanc eſſe aquam argenti viui & ſulphuris proportionaliter facta, qua vtimur in compoſitione elixir ruffi. Hermes vero dicit; quòd in Saturno naturæ coniunctæ ſint cũ complemento, hoc eſt terrã, aquam, aerem & ignem in ipſo contineri, & quòd hic clauis ſit & aperitio huius ſcientiæ. Raſis præterea dicit in plumbo Solem & Lunam contineri in potentia non viſibiliter, & quòd ipſorum tinctura ab eo non ſeparetur, & quòd ipſe Saturnus ſit elixir album, & ruffum, & aqua quæ Mercurium retinere & cohibere poſſit. Pythagoras dicit, omne ſecretum in plumbo eſſe. Hermes inſuper de Saturno loquens dicit ſe præſtantiorem & rem magis poſſibilem eo ſcire in operatione albi & ruffi: His cauſis plures moti ſunt vt quærerent ex plumbo argentum viuum extrahere.

GEBER. Iam ſæpius te monui, atque prædixi Philoſophos ſic aperte loquentes, ſemper per æquiuocationem & ſimilitudinem & allegorias loqui. Propterea dixi lib. 1. cap. 19. quoſdam affirmare, plumbum in ſua natura quàm proxime accedere auro: ita Philoſophi plumbum laudantes, de plumbo Philoſophorum locuti ſunt, in quo omnes res, de quibus ſuprà facta eſt mentio, ſimul continentur.

DEM. Dicam igitur nunc eum in plumbo non ſit elixir,

dixit, ex ſtagno tandem extrahendum eſſe ea de cauſa quòd dixeris libr. 4. cap. 18. te conſideraſſe per examen huius magiſterij Iouem maxime accedere ad ſummam perfectionem in opere ordinis maioris. Et lib. 1. cap. 22. dixiſti Iouem inter cætera corpora transformari in magis ſplendidum luciduſque atque perfectius corpus ſolare & lunare & adhuc lib. 3. cap. 9. dixiſti ſatis manifeſtum eſſe Iouem propius accedere ad perfectionem, propterea quòd magis de perfectione participet. Item lib. 1. cap. 20. dixiſti Iouem perfectiorem eſſe multis reliquis corporibus imperfectis, propter ipſius affinitatem cum Sole & Luna. hoc affirmat etiam Raſis, qui dicit, ſtagnum tincturam eſſe albam æris ſiue cupri, & quòd ex ipſo fiat aqua acuta quæ Mercurium retinere & cohibere poſſit, & tu ipſe iubes in libr. Inueſtigationis, honorare aquam Iouis ea de cauſa, quòd hæc ſit illud ipſum quod quæratur ab omnibus ad albedinem.

GEB. Satis argutè nouiſti ex meis ſcriptis, ea quæ tuæ ſententiæ ſuffragari videntur excerpere, & in medium producere: ſed mea ſcripta longe aliam diligentiam in euoluendo & intelligendo ſtudium requirunt.

DEMOGORG. Rex Ipſa facile iudicabit, quanto ſtudio diligentia atque ſedulitate tuis ſcriptis hactenus inſudauerim. nam ſi cogites quàm proprie non ſolum ipſas ſententias, ſed etiam ſingula verba memoriam teneam, cognoſces me haud oſcitanter in tuis ſcriptis verſatum. Dic igitur quidnam cauſæ ſit, cur minus, quod tanto ſtudio aſſequuturum me ſperaueram aſſecutus ſim.

GEBER. Quia parum animaduertiſti lib. 3. cap. 12. dixiſſe me plumbum & ſtannum commune in ſua propria radice immunda eſſe, & in ipſorum prima creatione; habent enim ſubſtantiam immundam, tum ſulphuris, tum argenti viui. Cum vero purum cum impuro vna ſubſtantia facta ſint, & eſſentia vna, propterea poſſibile non eſt, vt aliqua induſtria per medicinam

nam primi ordinis, hoc eſt per præparationem aliquam remoueatur terreſtreitas hæc ab ipſis, argéto viuo adeo immundo atque impuro. Quare iam olim plane deſperaueram, cum intelligerem hoc corpus non poſſe præparari, vt tandem perueniret ad complementum ſui ſplendoris lucidi Verum ad me ipſum rediens cognoui corpora hæc immunda eſſe in profundo ſuæ naturæ, propterea dixi lib. 2. cap. 7. ſi ſublimaueris, hoc eſt extraxeris argentum viuum ex plumbo ſiue ex ſtanno communi, ea poſt ſublimationem apparere nigra, & adhuc lib. 4. capit. 8. dixi, in corporibus mollioribus nullo ingenio, vel induſtria hoc artificio non remoueri poſſe velocem illam fuſionem, neque impuritatem, in radice principij ipſorum. Poſſumus etiam his ſubiungere ea, quæ lib. 2. cap. 2. monuimus. Videlicet quum ſulphur & arſenicum noſtrum, non parum etiam naturaliter coniuncta ſint cum fecibus, neceſſe eſſe, vt in ſublimatione aſcendant, ſurſumque vehantur cum ſubſtantia non mundata. Cum igitur neque plumbum neque ſtannum habeant ſubſtantiam fixam, hoc eſt duram, terream & permanentem in igne vehementi, ſed aufugientem, neque ſpiritus ab ipſis per ſublimationem extracti aſcendant abſque eiuſmodi immundicijs, quum non habeant terram fixam & permanentem in igne vehementi, quæ retinere poſſit ſecum partes illas immundas, ne inter ſublimandum aſcenderent cum ipſis ſpiritibus. Propterea dixi capit. vltimo, libr. 1. ea metalla quæ in ipſa radice participauerint de maiore infectione liuiditatis plus laboris requirere & minoris eſſe perfectionis, hæc vero ſunt plumbum & ſtannum commune.

DEM. Dixiſti tamen, ni fallor, lib. 3. cap 8. conſideraſſe te corruptiones in ſtanno, in ipſa radice ſibi non eſſe coniunctas, ſed accidentales eſſe. Cum igitur in prima commiſtione ipſi non coniunctæ ſint, nimirum poterunt ab ipſo facile remoueri, & ſeparari. Dixiſti etiam cap. 10. Iouem quidem mundum eſſe, Saturnum vero immundum Et lib. Inueſtigationis ſcribis,

quòd

quòd omnia accidentia ſuperuenientia facile remoueri poſſunt, & ipſa corpora integre, & ſufficienter præparati.

GEBER. Sanè ſi ea quæ ſuprà longo ſermone proſequuti ſumus, recte intellexiſſes, nequaquam hæc noſtræ reſponſioni obieciſſes. Cum enim dicerem, ſtannum quidem purum eſſe & tincturam albedinis ſiue æri cupri, & ipſum proximum eſſe auro, & argento, & ſatis propinque accedere ad perfectionem in ordine maiori, hoc eſt in multiplicatione, mea intentio erat de metallis ſupradictis: dicens autem Saturnum immundum eſſe, vere dictum eſt de noſtro Saturno; ſed hæc ipſius immundicia ſibi non eſt in radice coniuncta, propterea ab eo facile remouere; quum vero dixi metalla perfecta in ipſorum radice munda eſſe, & quòd omnia accidentia ab ipſis facile remoueantur, ne dictum putes de plumbo & ſtanno communi, ſed de alijs.

DEMOGORGON. Rogo antequam longius hunc ſermonem protrahas, prius apertius dicere velis, quid de ordinum numero ſentire debeam; putaui enim hactenus, primum, & ſecundum ordinem ſophiſticos, & medicinas imperfectas eſse.

GEBER. Suſpicaris forte me tradidiſse ſophiſticationes et medicinas imperfectas. Debebas certe iam dudum cognouiſse noſtrum arſenicum et cætera materialia, quibus vtimur, non eſse illa vulgaria omnibus nota. Præterea exhortati ſumus lib. 1 c. 5. huius artis artifices, vt fugerent opera ſophiſtica. Dico autem medicinas primi ordinis imperfectas eſse, ea de cauſa, quòd ſulphur ſit medicina argenti viui, quod Iouem, Saturnum et Lunam vocauimus. Argentum viuum autem medicinam eſse ſulphuris, quod Solem, Venerem & Martem apellauimus, & hæc in primo ordine, hoc eſt in prima præparatione, per quam mundificantur ab accidentibus ſuperuenientibus, & in ſecundo ordine, hoc eſt in ſecunda præparatione, hoc eſt do-

ce-

coctione,& fixione, per quam mundificantur ab vnctuoſitate aduſtiua intrinſeca, imperfecta ſunt, donec perfecte mundificentur, & figantur. Quemadmodum vero ſolus homo cum perpetuo viuere non poſſit, neceſſe fuit vt ſociaretur mulieri, vt per coniunctionem hanc creſceret & multiplicaretur genus humanum, pari modo etiam noſtrum elixir quum per plures & ſæpius iteratas proiectiones, breui abſumeretur & finiretur, multumque laboris & magnum temporis diſpendium requiratur, ipſius præparationem toties à primo principio repetere, neceſſarium fuit, vt abbreuiaretur præparatio & fixio, commiſcere partem aliquam elixir fixi cum muliere, hoc eſt cum noſtro argento viuo quod Iouem vocamus, neque fixum, neque è terra factum, quemadmodum ſulphur. Cum vero hæc conuenientiam quandam habent in ſua natura, eò facilius vniuntur, & breui tempore multiplicantur in virtute, & quantitate. Propterea dicebam ſuprà, Iouem magnam habere affinitatem cum Sole, & Luna, & quàm proxime accedere ipſum ad perfectionem & quaſi perfectum eſſe, & quod transformatur in magis fulgidum atque plus perfectum corpus Lunare & Solare. Dixi etiam in proœmio lib. 2. conſiderationem rei quæ vltime cauſat perfectionem elixir in multiplicatione, conſiderationem eſſe coctionis ſubſtantiæ puræ argenti viui. Eſt etiam elixir medicina, originem habens ex ſubſtantia pura argenti viui Philoſophorum, id vero quod iam medicina factum eſt, argentum viuum eſſe deſijt, & naturam ipſius reliquit, quia transmutatum eſt & fixum, tamen non totum ex argento viuo natum eſt, ſed etiam partim ex ſulphure, quamuis, & hoc fuerit ex parte argenti viui, quod transmutatum ſuam naturam reliquit, hoc eſt, cum pars quædam ipſius iam facta ſit lapis Philoſophorum. In libr. de Vaporibus ſcriptum legimus, Alchemiæ artifices vti borace in multiplicatione ſui metalli per boracem intelligendum ſal præparatum, quòd Mercurij nomine deſignari diximus et Iouis. Si autem adhuc dubitaue-

ris num hæc de primo, ſecundo et tertio vera mens, et opinio mea ſit, age lege recapitulationem ſummæ; et cōſidera diligentet ea quæ ibi diximus de ſublimatione primi gradus per quam lapis noſter mundatur, et purificatur ab impuritate corrumpente, et redditur purus et volatilis: Poſtea figitur, et hoc appellamus gradum ſecundum præparationis. Tertio vero gradus adminiſtrationis lapidis eſt, vt fixum faciamus volatilem, et hæc eſt multiplicatio. Ecce igitur primum gradum eſse præparationis, ſecundum fixionis, tertium autem multiplicationis. Et quemadmodum elixir noſtrum quod fit aureum et argentum, paucis diebus figit, et tranſmutat Mercurium noſtrum: ſic quoque ſulphur noſtrum lotum cum in parte fixum ſit, et naturam et ſplendorem habeat metallicam, propterea etiam breui tempore figit noſtrum Mercurium ſiue argentum viuum; volatile vero abſque fixo numquam poterit figi in metallum. Extrahuntur vero ſupradictum argentum viuum, et Iupiter ex fecibus combuſtis ſalis per lotionem. Raſis in lib. Luminis luminum dicit, feces cum dealbantur magneſiam appellamus, et ſtagnum et ſpumam Iouis. Præterea dicit Philoſophus Mireris, capiendas eſse cineres de quibus Philoſophi locuti ſunt dicentes, ne vilipendas cineres exiſtentes in loco inferiori vaſis, quia in ipſis ſitum eſt diadema cordis. Idem dicit in fecibus eſse hoc quod quæris. Hermes itaq; loquendo de diſtillatione Saturni dicit, cape ipſum, et exalta eum in tabernaculo, eouſq; totus donec in vaporem conſumatur, et plus nihil aſcendat, et aquam ſublimatam conſerua ad tempus opportunum. Poſtea accipe feces remanentes in fundo bocciæ ſiue vaſis, et ſerua diligenter, nam ipſæ ſunt corona cordis. Scriptum eſt in libro turbæ Philoſophorum, Iubeo vt aduratis corpus et in cineres conuertatis, hoc enim corpus aduſtum Phœnix eſt, qui ardet in igne et comburendo renouatur, nam corpus hoc adurendo, ex cinere extrahitur Iupiter, qui coniunctus cum vna parte elixir ſemper multiplicatur, et augmentatur. Dicit autem

Hermes, cum videbis corpus conuerſum in cineres, perfectę gubernaſti illud. Raſis itidem in libro Luminis luminum, dicit aduri non poſſe; nam poſt extractionem olei remanere terram. Idem affirmauimus & nos lib. Inueſtigationis, verba facientes de præparatione attramenti nigri. Et lib. 2. cap. 2. dicendo, poſſibile eſt à ſalibus ſeparari feces per ſolutionem ſalium, quæ res aliæ nulli conuenit. Idem confirmaui adhuc in enarratione trium cauſarum deſcenſionis libro iam citato, cap. 11. Pro declaratione vero cauſæ ſecundæ ſcire debes per corpora debilia intellexiſſe me aquam & oleum, quæ in diſtillatione conſeruatur à combuſtione, per deſcenſionem in vas recipientis poſt reductionem in corpus ex calce, hoc eſt ex ſalibus eorum, quoniam diſtillando non poſſumus vno ſiue eodem tempore partes omnes in ſimul diſtillare, quia ea pars quæ prior reducta fuerit in capitellum vaſis, non expectat iam ſequentem: ſi vero capitellum fortiorem ignem recipiat, ne maior pars perdatur neceſſe fuit ingenio & induſtria, id quod iam aſcendit in capitellum per roſtrum capitelli educere, & auferre, & in vas recipientis paulatim colligere, vbi refrigerium caloris inueniet. Diximus adhuc cap. 6. prædicti lib. ſæpius caput aludelis adintratur, ne ex nimia multiplicatione in fundum recidant. & in libro Inueſtigationis cap. de præparatione Iouis dixit, deſcendit corpus purum & mundum, remanens cum vitro, & ſalibus ſiue aluminibus, tota ſubſtantia terrea. Hæc ſententia poteſt capi duplici ſenſu, quemadmodum noſtra corpora duplicia ſunt, hoc eſt ſulphur & arſenicum. Nam ſi per corpus ipſum ſulphur intelligere velimus, dico in lotione, & præparatione ipſius primo aſcenſuram pelliculam illam, poſt hanc vero purum & mundum ab ipſa vnctuoſitate aduſtiua, hæc autem fundi debet, donec liqueſiant, ſicut diximus in libro de praxi. Iam vero cum ſale aut potius alumine Saturni nomine deſignato, & cum vitro, hoc eſt cum ſulphure quod in eo ſale occultatum eſt, remanet omnis ſubſtantia terrea ipſius

ipſius ſalis. Sin autem per corpus arſenicum intelligamus, hoc eſt iſtud ſulphur ſubtile quod in ipſo ſale occultum eſt, dico quòd per diſtillationem deſcendat in recipientem, & poſt iſtud cum vitro, hoc eſt in boccia, & cum ſalibus aut aluminibus remanebit omnis ſubſtantia terrea in fundo vaſis, & iſtud ſal præparatum vocatur Iupiter. Reuertendo vero ad ſermonem noſtrum de metallis imperfectis, dico ex ſupraſcriptis rationibus tandem concludi Venerem & Martem communem, quamuis magnam habeant terreſtreitatem & ſulphuritatem accidentalem, quæ facile remoueatur, nihilominus in radicibus ſuis munda eſſe, & ſulphur & argentum viuum ipſorum purum & mundum diſtillari poſſe ſublimari, quum habeant partes fixas & connaturales ſibi coniunctas, vt diximus lib. 2. capit. 2. Propterea diximus adhuc libr. 4. capit. 3. dealbationem ſubſtantiæ Veneris & Martis puram eſſe, & ſimiliter rubificationem Lunæ.

DEMOGORG. Hæc non videntur mihi in hanc ſententiam prolata.

GEB. Poſſunt duplici modo intelligi, vno modo ſi intelligamus hæc de metallis communibus, dico dealbationem, hoc eſt argentum viuum, quod medicina alba eſt ſui ſulphuris, per rubificationem vero ſulphur eſt intelligendum Veneris & Martis quod tinctura eſt rubedinis ipſius argenti viui, quod Lunam vocamus, & hæc pura ſunt in ſua radice. Si autem per Venerem & Martem intelligamus ſupradicta ſulphura extracta ab vno ex ipſis, dico poſt putrefactionem fieri munda, propter vnctuoſitatem aduſtiuam, & quamuis ruffa ſint, non acquirunt tamen eam rubedinem cum medicina primi ordinis, hoc eſt, per primam præparationem cum apparitione ſplendoris cum immunda ſint & minime apta, vt recipiant fulgorem rubedinis. Et quia vero per lotionem remouetur prima hæc rubedo aduſtiua, & ſub hac rubedine immunda lateat albedo pura, ipſorum dealbatio pura

eſt

eſt, mutari vero ab hac prima natura, & per longam decoctionem fixa fiunt, rubificatio pura Lunæ, hoc eſt elixir albi ſiue argenti viui ſui.

DEM. Concedo hæc duo metalla munda eſſe in radice, quum vero hoc opus fieri debeat ex vnico metallo ſolo, vt ſæpius iam dictum eſt, nimirum fieri debebit ex ære ſiue cupro, habet enim hoc plus ſubſtantię argenti viui & minus terreſtreitatis, & ſulphuritatis aduſtibilis, idem affirmante te ipſo lib. 1. cap. 2. in quo loco dicis. Venerem in profundo ſuæ ſubſtantiæ colorem & eſſentiam auri oſtendere; malleabile eſt & ignitur vt argentum & aurum, quare ab eo accipiendum ſecretum hoc, cum medium quoddam ſit inter Solem & Lunam, & facile conuertatur ab vna tinctura in alteram, & ſit bonæ conuerſionis & laboris pauci, accipiendum igitur hoc præ ceteris corporibus imperfectis omnibus in opere minori et medio, minimè vero in maiori, et cap. 17. dicis adhuc libr. eodem, te ex naturæ operatione cognouiſſe æs ſiue cuprum in aurum tranſmutare poſse, cum in mineris cupri ſiue ærifodinis videamus fluentem aquam ſquamulas ſubtiliſſimi ęris ſecum ducere, quę ex continuo aque decurſu lauantur et mundantur, ceſſante vero fluxu aquæ vidiſſe te ſquamulas illas cum arena ſicca poſt triennium, Solis calore ita decoctas eſse, vt inter ipſas inueniatur aurum veriſſimum, imitantes vero naturam cum poſsumus, idem et nos alterabimus.

GEB. Hic ſane ſcrupulus eſt, in quē etiam iſti qui ſe in his artibus multum ſapere putabant, grauiter impegerunt, nec parum offenſi ſunt, nempe meminiſti tu dixiſse ſulphur illud ſubtile, noſtrum eſse ęs ſiue cuprum, quod in manifeſto colorem ruffum prę ſe fert, in occulto autem nigrum et album, poſtea vero ruffum, malleabile et igniferum, hoc eſt funditur et ſoluitur ignitione vt aurum et argentum quemadmodum ea quę ex ſulphure et argento viuo compoſita ſunt, hoc accipe igitur quia vnū eſt ex tribus ſecretis, aut potius accipe

cipe ſecretum, hoc eſt colorem aureum, & argenteum occultum, quia tinctura facilis & extrinſeca, neque vtilis eſt, neque permanens; & quum intermedium ſit inter Solem, & Lunam; hoc eſt ſulphur & argentum viuum, facile conuertitur ex vna in alteram tincturam, hoc eſt, facile recipiet colorem citrinum, hæc autem tinctura facilis, vtilis non eſt. Accipe autem hoc ſupra omnia imperfecta corpora, hoc eſt præferas hoc ſulphuri Martis nomine deſignato, quia aurum dicitur in opere minori & mediano, hoc eſt in præparatione, quia facile præparatur: & in mediano opere intellige fixionem, cum ſit magis ſubtile & purum, propterea facilius & magis perfecte tranſmutatur & melius figitur. In opere vero maiori, hoc eſt in multiplicatione non accipias ipſum, quia ſolus Iupiter hic accipiendus erit. In alteram vero ſententiam quòd æs ſiue cuprum conuertitur in aurum, parum recte iudicas, ſi tibi perſuades hoc à natura ſic fieri poſſe: nam impurum cum puro aliquantum permixtum, quamuis tamen impurum accidentale ſit, non poterit tamen ablui ea lotione ſuperfluitas, niſi purum quoque ea ablotione ſimul cum impuro abſtergatur. Quare dico mineram noſtri æris eſſe iſtud ſal ſupradictum, Saturni nomine ſignificatum, ex quo per diſtillationem extrahatur aqua ſecum ducens noſtrum æs ſubtiliſſimum, quòd bocciæ nditum cum cæteris ſpiritibus, per continuum curum vaporum & humiditatem ipſius argenti viui quæ ſcendit quadraginta diebus (vt aqua diluuij) & deſcendit per collum vaſis ſiue bocciæ, & lauatur ſilicet undatur à nigredine, ceſſante vero humiditate & m facto albo elixir bocciæ impoſitum cineribus ſiue ena cum capello orbato igne temperato, ſpatio ium menſium, fit elixir rubeum ſiue aureum. oncludendo itaque dico, ſi tota ſubſtantia nobis eſſet æparanda, aurum primas tenere partes, proxime gentum, & tertio æs ſiue cuprum. Cum vero nos ıtummodo quæramus ſpiritus radicales, & ſulphur

V totum

totum hæc vno in ferro virtuoſiora ſint, & propinquiora noſtræ arti, & multo facilius mundificari poſſint præ cæteris omnibus, ſine dubio illud nobis erit accipiendum, & reliquis omnibus præferendum.

DEMOGORGON. Ne hoc quidem mihi in mentem veniſſet vnquam, ita planè perſuaſum habebam contrarium, quum Philoſophi dicant, hoc quàm longiſſime diſtare à veritate & arte noſtra, cum ſit immundius & vilius cæteris omnibus metallis, quum plus ſulphuritatis habeat & terreſtreitatis, argenti viui vero minus quæ reliqua metalla. Præterea tu ipſe dixiſti lib. 3. cap. 9. corpora imperfecta, quæ maiorem quantitatem argenti viui habuerint, magis eſſe propinqua perfectioni, & ad illam propius accedere, illud idem confirmaſti capit. 7. & ſpecialiter loquendo de Marte libr. 1. capit. vltimo dixiſti, in transformatione ſiue tranſmutatione difficiliori eſſe tractationis ſiue præparationis & laboris longioris, propter impotentiam ſui fuſionis. Subinde dixiſti in lib. Teſtamenti, Martem requirere longiſſimum laborem propter ipſius ſiccitatem.

GEBER. Clare & aperte loquens de Marte, ſubintellexi ſupradictum ſulphur: quod Martis nomine hactenus appellari ſoliti ſumus, hoc quum habeat paucam quantitatem argenti viui, & magis terreſtre ſit, & ſine fuſione, hoc eſt ſolutione, cum naturam ſalis non habeat; propterea ante præparationem imperfectius eſt cæteris metallis, & ipſius præparatio longiſſima eſt, propter multam vnctuoſitatem & terreſtreitatem & duram ſolutionem.

DEMOGORG. In tuis ſcriptis admonuiſti nos plurimis locis, ne acciperemus lapidem illum quem tu manifeſtaſti in multis capitibus. Ergo etiam dicis hanc petram eſſe Martem communem, aut potius calcem ipſius, & per Martem intelligas ipſius ſulphur, & iubes illum accipiendum. Si itaque Martem communem accepero errabo; quòd ſi ſulphur accipiam

itidem

itidem errabo, ſi ſecretum hoc lateat in Marte communi. Dic mihi tum rogo, deſcribèſne praxim huius artis.

GEBER. Maximè.

DEM. Erit itaque neceſſe de præparatione loqui ferri communi, ſi in ipſo lateat ſecretum.

GEBER. De ipſa quidem loquor, ſed occulte, ſcilicet in capit. generalibus diſſerens de præparatione omnium metallorum, Marchaſitæ, ſalis, ſulphuris, arſenici, argenti viui, & ſimilium.

DEM. Quonam modo manifeſtaſti ſecretum hoc in diuerſis capitulis?

GEBER. Dixi multis in locis maius ſecretum in Marte inquirendum eſſe: hoc data opera faciebam, ne malignus aliquid me repræhendere poſſet, & inſufficientiæ accuſare, & id quidem verum eſt certo quodam loquendi modo me tradidiſſe. Hæc vt aliud ignorantes intelligerent, quàm ego ſentiebam, & ſermonem meum in alium ſenſum prolatum, crederent noſtris verbis nimium inhærentes. Sapientes autem & prudentes, qui morem noſtrum loquendi cognoſcunt, hæc facile percipiunt. iſto more loquendo, Virgilius poeta etiam vſus eſt cum diceret, ferro aurum aureum non detruncari poſſe, niſi indicantibus.

DEM. Age igitur quum mihi hoc ſecretum manifeſtaueris, oſtende mihi, cum hæc concluſio ſit eorum omnium, quæ longo iſto ſermone à te mihi tradita ſunt.

GEB. Dixi libr. 1. cap. 15. argentum viuum ſingulis metallis facile adhærere, Marti vero nullo modo, niſi per artificium ex his verbis excute ſummum ſecretum ſcilicet à Marte. Præterea dixi lib. 9. cap. 9. Iouem propius accedere ad perfectionem, Saturnum minus, & Venerem adhuc minus, Martem vero omnium minime, in quo omnis perfectio ſita eſt, & ab eo dependet ipſius elixir (quamuis in quibuſdam exemplaribus noſtris hic textus corruptus legatur) Eodem

lib. 1. cap. 17. dixi Martem vltimum eſſe, & hoc ſecretum eſt naturæ maximum. Ad hæc dixi lib. 3. cap. 9. cauſam impedimenti cuiuslibet fuſionis eſſe ſulphur fixum, ex his verbis certiſſime indagare poteris maximum ſecretum; per iſtud ſulphur fixum hoc loco ferrum commune intelligo, propterea quòd maior pars ipſius ſulphur fixum ſit & terreum, vt lib. 3. cap. 6. diximus, fit enim denominatio ex prædominante, lib. 4. cap. 14. de Marte differens dixi, per hunc certiſſime extendi artificis induſtriam ad veram rectificationem cuiuslibet corporis: per hunc, hoc eſt per ferrum commune, aut ſi libet per Martem intelligere ſulphur, idem eſt, vtraque parte veritas percipietur per viam breuem: extrahitur tamen à ferro communi, quodque propterea concludendo, lib. 3. capit. 6. de eſſentia Martis loquẽs exclamaui, Deo Opt. M. gratias ingentes referens, qui hunc creauerit, & ipſi ſubſtantiam, & ſubſtantiæ proprietatem dederit, quam non conueniret poſſideri ab vlla re naturali, vt in ipſa reperiri poſſit talis perfectio per artificium, quia in hoc inueniſſe nos potentiam propinquam, quia in ſua calce ignem ſuperat, nec ſuperatur ab illo, ſed mirabiliter requieſcit in eo, ex ipſo ſe reficiens.

DEMOGORG. Quæ nam perfectio, & potentia propinquior, & maior in illo eſt, quàm in cæteris metallis?

CEBER. In eo continetur ſupradictum ſulphur fixum: dicitur autem, quòd ferrum in igne reficitur viribus, quòd in igne ſemper pulchrius, nitidius & melius efficitur. Dicit itaque Arnoldus in Roſario, manifeſtum eſſe, ea corpora eſſe perfectiora, quæ plus in ſe Mercurij contineant, quæ vero minus, minoris quoque perfectionis eſſe. Sit igitur laudatus & benedictus omnium rerum opifex DEVS glorioſus, & benedictus, optimus, & maximus rerum omnium cauſa, qui in re vili rem precioſiſſimam creauit.

DEM.

DEMOG. Non aſſequor quonam modo ex tam vili metallo precioſiſſimum elixir creari poſſit, ex precioſo enim aliquod magis precioſum procreari veriſimilius eſt.

GEB. Quantumcumque ferrum commune in ſeipſo vilius ſit cæteris metallis omnibus, nihilominus ab ipſo ſeparata immunditia cæteris multo precioſius euadit quia potentiam habet propinquam conuertendi ſe in elixir. Quare Rudigenus philoſophus dicit, ſciendum eſt omne metallum in occulto continere Solem & Mercurium, & nos extraximus argentum viuum ex ferro, & ab ipſo poſtea facta eſt Alchemia, & ex ipſius colore operati ſumus opus bonum in termino ignis. Idem philoſophus dicit ad hęc, Dicimus petram maiorem eſſe Mercurium, & hic eſt illud ipſum quod extractum eſt ex illo lapide quem oſtendimus. Exponamus igitur quidnam ſit ille lapis, & modum extrahendi ipſum ex argento viuo ab eo. Reperitur in omni loco omnibus obuius, & omnis homo eo vtitur, & eſt ipſi nomen Martis. Accipito igitur hunc & tere eum ſubtiliſſime, & laua ipſum. Raymundus dicit abſque ferro homines ſuam vitam ſuſtentare non poſſe. Senior autem Philoſophus de ferro verba faciens dicit, Ego ferrum, durum, forte, compactum, confuſum, omne bonum per me eſt, & ipſa lux & ſecretum per me generatum. Dicunt præterea Auicenna, & Raſis corpus ferri cæteris corporibus fortius eſſe, & lapis ex ipſo, & hunc elegerunt ſapientes.

DEMOGORG. Hanc ſententiam parumper finito, & ſi quas certas rationes habueris illas, adducito: facilius enim in tuam ſententiam protrahar certis rationibus, quàm longis verborum ambagibus.

GEB. Scias me abſque certis rationibus minime locutum, in lib. enim Teſtamenti dixi, Martem quum habeat ſubſtantiam fixam, inter cætera meliorem eſſe, & quamuis Martis nomine etiam ſulphur poſſit intelli-

gi, reſpectu aliorum metallorum intrinſecorum, nihilominus poteſt etiam his verbis intelligi ferrum commune melius eſſe cæteris metallis, propter ſuam ſubſtantiam fixam, hoc eſt, quum plus habeat ſulphuris fixi, quam cætera metalla.

DEMOGOR. Credebam ego auri ſulphur magis eſſe fixum.

GEB. Verum dicis, ſed conſtat maiori pretio, nec tamen vtilis eſt labor ſuper ipſo neque meliorari poteſt, quoniam ad ſummam perfectionem iam peruenit; ſulphur autem ferri iam in via eſt ad vltimam perfectionem & tincturam, & cum magiſterio noſtro adiuuari poteſt, vt tandem ad perfectam rubedinem perueniat, & ipſius copia nobis facile ſuppeditat, & citra pretij magnum diſpendium. Per ſubſtantiam fixam intelligo adhuc terream, quia lib. 3. cap. 6. à nobis dictum eſt, Si ſulphur fixum terreum commixtum fuerit cum argento viuo terreo, ex illa commixtione fieri optimum ferrum commune.

DEMOR. Ingenij mei captum excedit, nec facilè adducar vt credam, aut perſuaderi poſſim, propterea quòd magis terreum ſit ipſum, cæteris longe præſtare, iam olim apud me conſtitueram & adhuc in ea ſum ſententia, medicinam noſtram fieri debere ex materia puriori, & ab omni terreſtreitate ſeparata.

GEB. Non dico terreſteitatem ferri in iſto opere bonam eſſe, ſed potius ſpiritus ipſi innatos: & in ferri terreſtreitate enutritos meliores & virtuoſiores eſſe, quàm ſpiritus nutriti in pauca terra & aliis elementis ceterorum metallorum, & probatum eſt hoc à Raymundo lib. de ſecretis naturæ, differendo de ferro ſub nomine elementi terreſtris: dicit enim terram per virtutem radiorum tres partes principaliores: hoc eſt animalem, vegetabilem & mineralem, & quod producat res adeo terribiles, quæ enarrari non poſſint, quòd cæteris elementis minime accidat: quantum vero res aliqua plus deſcendat ad elementum terreſtre, tanto

tanto plus in eo creſcere virtutem cœleſtem. Propterea aquam & ſpiritum elemento terreſtri immerſa, per ſimilitudinem in materia naturali imitari et potrahere proprietatem & virtutem ex materia loci. Quia vero ferrum plurimum participat de terra præ cæteris metallis, ideo aquæ & ſpiritus ipſius virtuoſiores erunt quàm ſpiritus aliorum metallorum, quemadmodum granum frumenti in terram cadens fructum non fert, niſi moriatur, pari modo ſpiritus & viuum ſemen auri in terram cadens ferri, niſi moriatur per putrefactionem & decoctionem, fructum non producit. Poteſt & alia ratio adduci, quare ferrum melius & præſtantius ſit in iſto opere, etiam ſi habeat multum terreſtreitatis; quoniam hæc melius & facilius ſeparatur à ferro, quàm in cæteris metallis cum non ſint adeo fortiter commixtæ, & nullam habeant affinitatem cum parte radicali; & hoc confirmat Albertus lib. 4. Metheor. tractatu 4. dicendo, ferrum plurimum habet terræ, & mirabile eſt in ſua terreſtreitate, & quamuis nulla res adeo facile ab igne lædatur vt aqua, tamen in ferro contrarium euenit: nam multo citius terra igne aduritur, quàm ipſa ſubſtantia aquea. Jeſt vero huius rei cauſa talis; quia terreum in compoſitione ferri immixtum lutulentum eſt; non bene depuratum, nec bene commixtum; eius rei certiſſimum nobis indicium eſt, quòd facile ferrugine obducatur; et cum in igne adruritur ab eo cadunt multæ ſquamulæ terreſtreitatis adustæ. Eſt enim ipſius terreſtreitas poroſa, et poteſt ipſum ignis ex omni parte adurere; quemadmodum et nos fuſius confirmauimus lib. 3. cap. 6. Hanc rationem quoque indicauimus lib. 4. cap. 14. de calcinatione differentes ſub nomine cineritij his verbis. Ea corpora imperfecta, quæ plus terreſtreitatis minus perferre et durare poſſunt in iſto examine calcinationis et ſeparationis terræ, quia citius calcinantur, et ipſorum terreſtreitas facile ſeparatur. Ea vero metalla, quę minus terreſtreitatis habent, cũ ſint multo melius commixta, et depurata durant, propterea me-

lius in igne et examine ſeparationis terræ eorum. Ratio confirmatur adhuc, per ea quæ diximus lib. 2. cap. 7. loquendo de ſublimatione Mercurij: nam ibi diximus ingenium ſiue induſtriam ſeparationis terreæ ſuperfluitatis ab ipſo Merc. cõmixtionem eſſe cũ ijs rebus cũ quibus nullam habeat affinitatem, & ſæpius reiterãdo ſublimationem ipſius ſupra feces. His verbis volebam indicare Mercurium ferri, qui ſal albus eſt naturaliter coniunctus, cum aliqua terreſtreitate alba ſimilitudinem habens quandam cum candore gypſi, aut ouorum calce, & marmore albo, & ſimilibus. cum vero terreſtreitas hæc non bene commixta ſit, neque affinitatem habeat, aut conuenientiam vllam, cum illo Mercurio, ideo facile ſeparatur, etiam in calcinatione, & lotione ſulphuris, quamuis dixerim ſublimationem ſæpius eſſe repetendam. Concludendo igitur dixi ſublimationem Mercurij meliorem eſſe, ab iſtis metallis, cum quibus nullo modo conuenit, quàm cum iſtis, cum quibus conueniat. Certo autem ſcimus quòd omnium minime conueniat cum Marte, & cum ſua terreſtreitate, quàm cum alio metallo quocumque, ergo melius eſt ab eo extrahere ipſum, quàm à cæteris. Hac ratione ſequitur ſpiritus ſublimatos à ferro mundiores eſſe à ſua terreſtreitate, quàm ſi à quocumque alio metallo fuiſſent ſublimati, & hoc confirmatur per ea quæ 2. libr. capit. 2. diximus, ſcilicet feces ferri ſunt fixæ, hoc eſt terreæ, quæ in ſublimatione nequeunt aſcendere, & retinent penes ſe immundicies & ſordes ſpirituum in fundo vaſis ſiue bocciæ, ne cum ſpiritibus ſurſum ferantur ibidem ſuprà de hac terra Mercurij amplius locuti ſumus.

DEMOGORG. Niſi me fallat animus eſt contradictio quædam in lib. iam citato cap. de ſublimatione Mercurij, in his verbis: nam ſcribis in hanc ſententiam: Cum videris argentum viuum albiſſimum, vt niuem & quaſi mortuum adhærrere lateribus aludelis, tunc reiterabis ſuper ipſum ſublimationem eius abſque

fecibus.

fecibus. Dixiſti præterea lib. 4. cap. 2. de fecibus loquendo, à quibus ſublimare debemus ſpiritus iſtos, quòd debemus eligere materiam talem cum qua conueniant ſpiritus, qui ſublimari debent, & cum quibus magis profunde vniantur, & quàm maxime eodem loco certas rationes adducis. Hæc mihi videntur longe diuerſa & multum contraria, quum ſuprà dixeris Mercurium ſublimari debere à fecibus, cum quibus nullo modo conueniat, neque vllam cum ipſo illi habeat affinitatem, aut rurſum eum ſublimare iubes abſque fecibus, & iterum dicis, ſpiritus debere ſublimari à materia, & fecibus cum quibus non bene conueniant illi, & magis profunde, quàm maxime inuicem vniantur.

GEBER. Dicerent fortaſſe aliqui primam & ſecundam ſublimationem non eandem eſſe, & quòd prima vice debeant ſublimari cum fecibus, poſtea abſque fecibus, eſt tamen vna, & eadem diſtillatio, propterea volui indicare, quòd debeamus diſtillare noſtrum Mercurium abſque fecibus extraneis, cum ſe ipſo feces habeat ſufficientes & ſuperfluas quidem, ſcilicet ſupradictam terreſtreitatem. Quum igitur dico nos debere eligere feces cum quibus ſpiritus bene conueniant, volui admonere quòd nullas feces extraneas debeamus accipere, ſed ſpiritus ſublimandos eſſe, cũ fecibus ſibi naturaliter vnitis in profundo quidem, & quàm maxime, quales ſunt feces Mercurij Martis. Vas huius diſtillationis debet eſſe tabula plana, aut potius paruæ concauitatis, vt dixi lib. 2. cap. 11. hoc eſt boccia contra boccia, ſiue ſtorta, quam noſtrates retortum in retorto vocant, ex quibus poſſit facile deſcendere: nam argentum viuum noſtrum cito, & quàm facilime ab igne aufugit à ſuperficie plana, vt dixi lib. 1. cap. 15. Habet ferrum aliam proprietatem ſuper reliqua metalla, qua ipſius ſpiritus Mercurialis, hoc eſt ſal præparatum rectius ſeruabit ſpiritus ſulphureos præparatos à combuſtione, quàm Mercurius reliquorum metallorum, Lib. 2. cap. 15. dixi hanc ſalis eſſe proprietatem

in

in igne, non aduri ante fuſionem, & ſeruare ſpiritus ſulphureos commiſtos ab aduſtione ignis. Quare ſpiritus Mercurialis, qui poſt æqualem præparationem plus ſeruabit naturam ſalis ſui corpoream, melius defendet ſpiritus ſulphureos à combuſtione, quam facturi ſunt ſpiritus Mercuriales in aqua ſoluti; nam quanto fuerint ſubtiliores & magis ſoluti, tanto magis appropinquabunt naturæ ignis, & eo citius comburentur, vt diximus lib. 2. cap. 1. Certum eſt tamen ſi omnes ſpiritus Mercuriales metallorum poſſent æqualiter præparari ſpiritum Martis plus ſeruaturum naturam bonam corpoream; quamobrem etiam multo minus aduretur, & melius ſeruabit ſulphur à vitrificatione, hoc eſt à combuſtione, Nam et lib.3. cap. 7. dixi, Res ſubtilis in natura propria reducta in ſubſtantiam terream, ſcilicet per calcinationem magis ſubtiliatur, & in ſal reducta citius ſoluitur. Cum vero omnia metalla in ſua natura ſubtiliora ſint quàm ferrum, igitur æqualiter præparata magis ſubtiliuntur, & in ipſorum diſtillatione quaſi tota ipſorum ſubſtantia ſoluitur, quare citius quoque aduritur. Hoc autem diligenter conſiderandum eſt, ne hic committatur error, melius eſt etiam in multis vaſculis diſtillare ipſum, vt tanto minus ſentiat igne, cum vna magna diſtillatio magnum & fortem ignem requirit, vt totum oleum exprimat. Lib. 4. capit. 15. de ſulphure loquendo ſub Martis nomine dixi, quando Mars vnitur corporibus multæ humiditatis, ipſum imbibere ea propter ſuam nimiam ſiccitatem & humoris priuationem, & ſic ipſis coniunctus non inflammatur cum illis, nec aduritur niſi & ipſa' corpora ſibi commixta inflammabilia & combuſtibilia ſint. Iſidorus dicit, Stannum reliqua metalla ab igne defendere, & quamuis cuprum & ferrum fortiſſimæ naturæ ſint, tamen ſi abſque ſtanno fuerint, tandem aduri, per ſtannum, æs & ferrum noſtra intrinſeca ſignificat. Diximus & nos lib. 3. cap.2. ex Mercurio duas perfectiones inquirendas eſſe, vnam quæ non poſſit aduri quæ defendat à violentia ignis, alte-

eram vero quæ non aufugiat & fixa reddat, & hoc ſulphur quod arſenicum vocamus. Vincentius onachus lib. 7. cap. 90. dicit quod ſal iſtud limaturæ rporis commiſceatur, in igne ipſum defendat ne adutur. Per limaturam corporis intelligimus ſulphur æparatum, ſimile tenuiſſimæ limaturæ argenti. Alrtus quoque aliam adducit rationem quæ ferro comtini conuenit, & ſuo ſulphuri Martis nomine apella. lib. 4. de mineralibus cap. 1. Hoc modo obſeruanum eſt hoc (inquit) quòd fumus eius indicat terrerem ſubſtantiam, quæ eſt in ipſo valde ignibilem & remabilem, & fœtor eius indicat ipſam eſſe valde inigeſtam & non terminatam, ſed potius calore coru:npente eſſe corporis indigeſti quàm per digeſtionem completam, & hæc in complexione ſua facit quòd poſſit eſſe corpus ſiue materia vniuerſalis omnium metallorum. Si eſſet completum ad complexionem vnam determinatam, tunc procul dubio non eſſet conuertibile ad alia, niſi prius illa tollatur: ſed nunc propter ſuam complexionem conuertibile eſt, in omnia, ſicut ſemina & alia ex quibus generatur res naturæ, & ideo ſagax natura abundat in ſulphure, vbicumque eſt locus generationis metallorum. Quum igitur ferrum quoque ſulphure abundat, propterea & ipſum locus propius eſt metallorum philoſophorum. His rationibus nimirum deprehendes ferrum magis eſſe propinquum noſtræ arti quàm aurum nam ipſum magis eſt digeſtum & indeterminatum; aurum vero cum digeſtum ſit & determinatum, non ſine multo & graui labore ab eo remouebitur complexio ea determinata, vt reddatur incompletum & indeterminatum: nam aliter non poterit conuerti in illud quidpiam. & hæc eſt præcipua ratio, quare non fiat tranſmutatio in metallis, niſi reducantur in eorum materiam primam. Idem probat Albertus alio modo aliiſue rationibus lib. 5. de mineralibus cap 1. aperte demonſtrans, ipſum ferrum proprium eſſe minerale, cum omnia hæc lapidis propria ſit proprietas igne non liquefieri, metallorum

vero proprietas eſt, à calido & ſicco diſſolui & liqueſieri: nã ob hanc cauſã lapides dicuntur ex genere ſiccorum & terreorum, metalla vero ex genere humidorum. Cum vero hæ proprietates ambæ conueniant ferro, ipſum verum eſſe medium minerale, non dubitabimus affirmare: nam ipſum participat terreſtreitate multa & ſubſtantia lapidoſa quæ ipſum impediunt, ne fundatur vt cætera metalla. Fuit etiam à philoſophis lapis nomine nuncupatum, propter ipſius excellentiam. Sed cum in forti igne quoque liqueſiat, vt Albertus affirmat lib. 4. Metheo. tract. 4. c. 5. & pondus habeat & ſplendorem metalli, propterea participat in natura metallica.

DEM. Albertus cap. ſequenti hanc proprietatem Marchaſi æ attribuit.

GEB. Philoſophi conuenientes in materia & nomine de Marte & ipſius calce locuti ſunt ſub nomine Marchaſitæ: dicit vero Iſidorus lib. 15. Argentum viuum ſpecialiter inueniri in metallis, & tantæ virtutis eſſe, vt ſi ipſi impoſueris lapidem centum librarum pondo, ſubito tanto ponderi ipſum reſiſtere, ſi vero vnicum auri ſcrupulum inijcias, ſubito ipſum recipere aurum in ſinum ſuum.

DEMOGOR. Non capio quomodo ſit poſſibile argentum viuum tanto ponderi poſſe reſiſtere, impoſiti lapidis.

GEB. Aduertiſne Iſidorum hac parte locutum de argento viuo quod in ipſo ferro eſt? hoc enim magnam ſubſtantiam terreſtreitatis ſiue lapidis ſuſtinet ſi autem hunc Mercurium diſtillaueris, in ipſo diſtillato ſubmergitur ſuum ſulphur aurum dictum vt dixi libr. 1. cap. 15. Multis laudibus extulerunt veteres ferrum, ſed inter reliqua quæ huic laudi tribuunt, præcipuum eſt ferrum, propriam mineram eſſe argenti viui, cuius rei ratio hæc eſt, cum ſecundum mentem Raſis in libr. de diuinitate, manifeſtum occulto ſemper contrarium eſt: manifeſtum autem ferri calidum eſt & ſiccum, durùmque, igitur ratione Raſis iam dicta ſuum

occul-

:ultum frigidum & humidum & molle, hoc eſt ar-
ntum viuum: propterea dicit idem Raſis, loco iam
ato, occultum ferri argentum viuum eſſe, & ſubin-
dicit in libro Luminis luminum, Martem exterius
iditatem & ſiccitatem habere interius vero frigidita-
n & humorem, intra ſe vero argentum viuum quo-
ie habere per propriam naturam, & hoc purum qui-
m & per adminiſtrationem extractum tandem con-
:rti in ſpeciem puri auri.

DEM. Si bene memini, dixiſti prius quod hæc duo
ılphura Veneris, & Martis nomine deſignata in ſuo
ıaniſeſto dependeant à rubedine: hoc pro certo indi-
o ponebas ipſa & ſicca eſſe in manifeſto. Ergo Raſis
ıtelligit hoc loco ſulphur quod Martem appellamus,
uod poſt ſublimationem dealbatur vt argentum, ni-
ıirum itidem etiam tu de hoc ſulphure loquens, & ip-
ıs lotionem oſtendens, de lotione argenti viui lo-
|ueris.

GEB Satis argutè hæc, volebam tamen his verbis
|uoque ſignificare in Marte communi quoque conti-
ıeri argentum viuum Philoſophorum, ea de cauſa
|uòd poſt putrefactionem tota ſubſtantia Martis com-
nunis rufa eſt, vt ſanguis, & ſub hac rubedine eſt ip-
ùm argentum viuum in forma ſalis albi vt calx. Her-
nes vero dicit omne ſecretum conſiſtere in nitro & ſa-
e. Aros philoſophus dicit, accipito ſal commune
(dico autem commune omnibus metallis) ne intelli-
ʒas marinum: ſcias tamen aliud ſal me non nouiſſe
ıeque aliud atramentum, illo excepto qui habetur in
capillis virginis paſchalis.

DEM. Intelligere nequeo quæ nam ſit virgo hæc
paſchalis.

GEB. Veteres occultauerunt ſecreta naturæ non
ſolum in ſcripturis ſed etiã ſub varijs picturis, characte-
ribus, zifris, monſtris, & animalibus, diuerſis mo-
dis depictis et tranſmutatis: hæc pro templorum fori-
et palatijs inſculpta viſebantur, à nemine vero in-
telligebantur, exceptis illi qui huius ſecreti aliquam

habe-

habebant cognitionem. Virgo autem paſchalis herba eſt naturalis, proprietatem & ſimilitudinem habens Martis. Veteres autem ſimilitudinibus & allegorijs delectati ferrum nominauerunt virginem paſchalem, hanc depingebant in forma mulieris capillis expanſis, & ſparſis, in vertice eius erat poſitus character Mercurij, in medio vero character ſemilunæ, et in parte extrema character Solis hac figura ſignificare volebant, quemadmodum capilli indigeſtib les ſunt etiam ſi molles ſunt et ſubtiles, ita quoque partes ſubtiliſſimas radicales ferri incorruptibiles, et incombuſtibiles eſſe, et in ipſis aurum et argentum contineri et Mercurium philoſophorum, Mercurius autem leuior eſt argento, et argento leuius auro: Dicit itaque Rudienus philoſophus, principium huius operæ conſiſtere in introitu Solis in Arietem. Raſis item in libro de diuinitate, dicit, Accipe lapidem poſt introitum Solis in Arietem.

DEMOGORG. Perſuaſum habebam ipſos locutos de primo gradu ignis, qui leuis eſſe debet, hoc eſt calidus, et humidus, vt aer temporis veris, dicente Ariſtotele in librorum ſecretorum ad Alexandrum, Ver autem incipit Sole intrante ſignum Arietis.

GEBER Non diſplicet mihi hęc tua ſententia, fuit autem ſententia philoſophorum, vt his verbis oſtenderent principia naturalia huius operis ferrum eſſe ſiue Martem nam Aries domus eſt Martis, Sole vero intrante in Arietem incipit iam aſcendere per plures gradus, Leonem vero ſubiens non aſcendit magis, ſed deſcendit iam, ſignificat autem hoc quòd Sol qui in Marte imperfectus eſt, artificio ad perfectionem perduci poſſe, aurum vero altius aſcendere non poteſt, ſic per calcinationem aut ſolutionem deſcendit et fit imperfectum. Dicit etiam Raſis in lib. de diuinitate hanc rem ex animalibus calidioribus et melioribus ceteris omnibus deſumi oportere, hoc eſt ab homine complexionis cholericæ.

DEM. Dicebas ſupra hanc medicinam non poſse fieex animalibus.

GEBER Homo ille calidus et cholericæ compleonis ferrum eſt. Dicente Raſi, Martem extrinſece lidum, et ſicum, igneum, et cholericum, propterea iam homines qui ſub Marte planeta naſcuntur belliſi ſunt, et cholerici. Dicitur autem ferrum homo, iia habet animam, corpus, et ſpiritum (vt ſuprà diximus) ſanum, eſt enim purus in radice ſua, iuuenis et rtis, quia durus eſt et magnæ fortitudinis. Dicitur iam minor mundus ea ratione quòd et homo dicatur: it potius quò poſſit diuidi in elementa quatuor. Virioſiſſimum hoc metallum quantumuis generatum ſit irtute et influxu omnium ſtellarum: et planetarum, t affirmat Rogerius Bacco, ſpecialiter tamen in terra :neratum eſt virrute potentiſſima, et virtuoſiſſima ellæ polaris, quam itali Tramontanam, Græci Ar:on vocant, huius certum eſt indicium (vt tradi Rayiundus et Ioannes de Rupeſciſſa) acus buxulæ nautie qui ſemper polum reſpicit et quaſi ad ſuum ſimile nuertit ſe. Et nos diximus ſuprà de rete Vulcani ex ialybe factum fuiſſe, et vellus aureum et tauros et :acones Marti fuiſſe dicatos.

'EM Probè memini.

GEB. Volebam ijs verbis ſignificare aquam Mertrialem, Mercurium, et aurum Philoſophorum oma fieri ex ferro, et ferrum eſſe lapidem illum qui vili 'ecio venditur reſpectu cæterorum metallorum. Nam irijs nominibus à veteribus philoſophis appellatum ipidem hunc, ne inſipientes illum cognoſcerent, nam ipſum cognoſcerent, non venderent tam vili precio, in libro philoſophorum turbæ dicitur, Lapis ille tem quæritis, publici et vili precio venditur vbique rnoldus dicit lapidem vegetabilem nutritum in mon- 'ys: multi errantes non cognouerunt, venditur au: in vbique et vili precio.

DEM. Dixiſti ſupra medicinam noſtram ex re vegtabi i fieri non poſſe.

GEB.

GEB. Ferrum vegetabile dicitur non tantummodo quòd ex viridi vitriolo compoſitum ſit, et inde nigrum faciat encauſtum; ſed quòd mediante igne tranſmutatur, et habet potentiam propinquam vt conuertatur in elixir.

DEM. Dixiſti prius nihil impêdendum eſſe: vt comparemus nobis neceſſaria huius artis cum ſit res viliſſima et nullius precij. idem affirmant omnes philoſophi. Nam Alphidius dicit hoc ſecretum precio non comparari, ſed inueniri proiectum in media via, vt etiam à pauperibus haberi poſſit. Scriptum eſt prætereain lib. Lilium Alchemiæ, fundamentum huius artis rem vnam eſse magis tinctam, fortiorem et ſublimiorem cæteris rebus omnibus. Itidem in libro turbæ philoſophorum legimus. Aliud non eſt, quàm vt philoſophi nobis indicauerunt, hoc eſt omnibus obuia, diuitibus et pauperibus, liberalibus, et auaris, eunti, et ſedenti cum proijcitur in via, et in ſterquilinijs ſepelitur.

GEB. Concedo ferrum reduci in formam lapidis viliſſimi ex quo fit elixir: de iſto lapide loquitur Ariſtoteles ad Alexandrum, et dicit, Accipe lapidem vegetabilem, animalem et mineralem, qui lapis non eſt, neque habet virtutem lapidis, et ſi habueris aquam aeris et aerem ignis, et ignem terræ, totam artem habebis.

DEMOGORGON. Mihi videntur hæc impoſſibilia.

GEB. Philoſophi metaphoricè loquentes aut per ſimilitudines nos mentiti ſunt: nam Ariſtoteles verbis recitatis docet diſtillationem et ſeparationem elementorum; cum igitur in diſtillatione igne paruo ſeparaueris aquam, hoc eſt aquoſitatem aeris ab hac aqua Mercuriali, et poſtea per balneum ſeparaueris ab igne, hoc eſt à ſulphure ſubtili ſuprà nominato Arſenico; et ignem à terra de Mercurio cum forti expreſſione ignis, tunc aſſequutus es veram artem diſtillandi et ſeparandi elementa; de qua ſeparatione locuti

ſu mus

imus lib. 2. cap. 12. Arnoldus de iſto lapide loquens, dicit, lapis eſt in ſimilitudine & tactu non in natura. Dicit autem Hali philoſophus, lapides ſunt & non lapides, lapides autem dicuntur propter ſimilitudinem, quam habent cum lapidibus.

DEMOGORG. Concedo medicinam noſtram cum fuerit finita, formam habere lapidis viliſſimi, imprudentibus tamen lapidem non eſſe, propterea non recte dixerimus, materiam ex qua fit elixir, eſſe lapidem, niſi eadem lege dixerimus, omnia quæ non aduruntur igne aut diuidi poſſunt in quatuor elementa, lapides eſſe.

GEBER. Certè tibi dico materiam ex quà fiat hæc medicina ſimilitudinem habere lapidis viliſſimi in principio operis, & nos apertè diximus lib. 1. capit. 5. Lapidem eſſe materiam vnam ſolam in qua conſiſtat totum magiſterium, & quod in præparatione ipſius remoueamus ſuperfluitates. Ergo non poſſumus hæc intelligere de elixir finito, cum nullus habeat ſuperfluitates, neque verum eſt omnia quæ diuidi poſſunt in quatuor elementa, aut igne non aduruntur, lapides eſſe aut ſimilitudinem habere lapidis. Sed philoſophi voluerunt ſignificare materiam ſuam ſimilitudinem habere lapidis vilis, & quod in igne non conſumatur & diuidi poſſit in 4. elementa, & hunc eſſe fundamentum totius artis. Hali philoſophus dicit, lapidem hunc omni tempore inueniri & omni loco & citra omnem hominem. Propterea nemini moleſtam eſſe aut grauem ipſius inuentionem. Lapis vilis, niger, durus, fœtens, qui nullo præcio comparatur. Præterea legimus in libro turbæ philoſophorum, hanc rem eſſe lapidem & non lapidem, inueniri omni loco, rem eſſe vilem & precioſam, obſcuram, occultam, & omnibus cognitam. Senior philoſophus dicit, interroga Regem Mohors de cognitione lapidis, & reſpondebit, omnis homo nouit ipſum, & qui hunc non nouit, nullam rem agnoſcit.

DEMOGORG. Numquam diuinabo, dic

igitur apertè quod illi nomen vulgo.

CEBER. Amor meus ſingularis erga te, & quia iam dudum à me receptus ſis in numerum diſcipulorum meorum, cogunt me tibi tantum reuelare ſecretum, propter ea dico, recrementa, hoc eſt calx ferri quæ generatur in igne & à fabris in media via proijcitur, & in ſterquilinijs inuenitur, viliſſimum eſſe lapidem philoſophorum, ſimilitudinem habet lapidis, verum lapis non eſt, hic ſolus habet omnes proprietates quas philoſophi ſuo lapidem attribuunt.

DEMOG. Quomodo hoc fiet, vt ille virtuoſiſſimus lapis philoſophorum ſit terra adulta, in qua nulla penitus virtus ineſſe poſſit reliqua? nam cùm tam longo tempore in igne fuit, minime credendum eſt ibi remanſiſſe aut argenti viui aut ſulphuris & aliorum ſpiritum.

GEB. Haud meminiſti prius me dixiſſe, omnia in igne aduri præter calidum & humidum radicale metallorum: & quòd ex illis fiat noſtra medicina. Dicit autem Philadelphus philoſophus, humidum radicale metallorum per homogeneitatem & fortem vnionem elementorum non ſeparari, nec conſumi in igne, cum fixum ſit & in igne permanens: & quantumuis calx illa appareat arida, ſicca, & humore priuata, nihilominus ſi experientiam feceris, inuenies res ſuprà dictas. De iſta calce locuti ſumus & nos lib. 2. cap. 7. dicendo. Erit igitur ſublimatio Mercurij melior de calce, quàm de ceteris rebus omnibus in toto mundo, cum parum cum ipſo conueniat, neque ſulphuritatem habeat. Nam ſuprà dixi ſublimationem argenti viui meliorem eſſe ab iſtis metallis, quæ cum eo minus conueniant, hoc eſt ex ferro. quòd verè dixi in Teſtamento calcinationem breuiorem eſſe viam ad perfectionem, propterea dixi argentum viuum ex calce accipiendum, eſſe, hoc eſt ex ferro, quia ipſius terreſtreitas cum illo minime conueniat, neque habet ſulphuritatem aduſtibilem; nam hæc in calcinatione

tione conſumitur. Sed ſulphureitas fixa igne minime conſumitur, vt diximus lib. 2. capit. 7. Si autem per calcem intelligas ſal, dico quòd ab iſta calce ſolummodo ſublimantur corpora debilia, vt diximus in ſecunda cauſa deſcenſionis, vt eſt aqua & oleum & poſtea argentum viuum, quod Iouem dicimus, & habet hec calx nullam ſulphuritatem aduſtibilem aut vnctuoſam quia illam ſeparauimus: à prima autem calce non ſolum diſtillamus corpora debilia tantum, ſed etiam ſulphur fixum Martis nomine appellatum. Diximus præterea lib. 1. cap. 14. Arſenicum & ſulphur figitur, & ſublimatio vnius & alterius melior eſt calcibus metallorum. & lib. 2. cap. 2. dixi. Experientiam docere hoc neceſſarium eſſe: nam illi qui huius rei periculum fecerunt cognouerunt ſe in vanum laboraſſe ſublimando per res alienas & extraneas à natura Arſenici & ſulphuris, quia nullo modo potuit inueniri depuratio poſt aſcenſionem ipſorum: ſublimatis vero cum calce alicuius corporis, tum demum bene ſublimaſſe, & perfecte mundaſſe cum facilitate. Eſt autem intentio noſtra quãtum ad feces quæ ibi adminiſtrantur de metallorum calcibus, fit ſublimatio propter ipſas facilior & expeditior, propterea nulla alia res in locum ipſarum ſubſtitui poteſt. Nec dicimus tamen ſublimationem impoſſibilem eſſe ſine calcibus corporum, ſed longe difficilimam, & tardiſſimi laboris & prolongationis ad deſperationem vſque. De calcibus iſtis loquebatur Ioannes de Rupeſciſſa dicendo, ſe traditurum modum incarcerationis, & reductionis auri, & argenti in terram, & calcem, vt poſſint publice portari in manu tempore belli abſque timore latronum.

DEMOGORG. Quàm primum aliquid origna ctus fuero, operationem hanc experiar, cum adeo paruo pretio conſtet.

GEBER Aduerte diligenter ne erres.

DEM. Si alicubi erratum fuerit, opus à principio reiterabo.

GEBER. De praxi non dico, ſed nota materiam.

DEM. Calcem illam ferri accipiam quam mihi indicaſti.

GEBER. In eo inquam poteſt error committi, forte cum accipias calcem quæ huic negotio parum commoda erit.

DEMOGORGON Ergo oſtende mihi meliorem.

GEBER. Inuenies huius calcis quoddam genus & frangibile, & hoc ferreum eſt, adhuc parum aptum huic operationi. Inuenies & aliud genus frangibile quidem, ſed album in fractura, neque hoc bonum eſt; quia retinet adhuc aliquid naturæ ferreæ; & habet multum ſulphuritatis vnctuoſæ & aduſtibilis: Sed quum videris maxima ignis vehementia in naturam vitri conuerſam, coloris quaſi viridis aut zaphirini obſcuri aut cœleſtini obſcuri; hæc ipſa eſt verus, & virtuoſiſſimis lapis philoſophorum qui generatur in igne: & quanto diutius in igne fuit, tanto meliorabitur.

DEM. Summas tibi gratias ago pro tanta liberalitate, dicam tamen cum venia quid ego ſentiam; Dixiſti lib. 2. capit. 13. Omne quod humiditate priuat um... eſt non fundi excepta vitrificatoria: ferrum igitur vehementiſſimo calore ignis in ſubſtantiam vitri conuerſum humiditate priuatum eſt, & per conſequens erit quoque argento viuo, & cæteris ſpiritibus priuatum.

GEB. Secundum opinionem Alberti lib. 3. de mineralib. cap. 2. & 5. Sunt in omni metallo duæ vnctuoſitates, quarum vna quaſi extrinſeca eſt ſubtilis & flammabilis; altera vero intrinſeca retenta in radice metalli adeo ne ab igne exhauriretur aut diſſiparetur; & hæc cremabilis non eſt neque combuſtibilis. Certum vero eſt vitrum hoc humidũ eſſe radicale ferri, propterea & incombuſtibile, neq; ex toto priuatum humiditate nam ſi quodãmodo exteriori humiditate priuatum ſit,

in-

inflãmabile eſt. Idẽ Albertus lib. iam cit. c. 4. de vitro hoc dicit. Se negare materiam illã quæ in vitri ſubſtantiã intrat cineres eſſe, ſed potius humi dũ radicale puriſſimum quod intrinſece retinebatur in ipſa materia incinerata, quæ humiditas per potentiam vnius ignis non potuit extrahi, ſed igne fortiſſimo fluit, & hæc eſt illa humiditas quæ maximam ſiccitatem experta eſt. Hæc igitur materia eſt liquabilis & materia prima & remota, vna & communis, hoc eſt humidum ipſum huius generis. Idem Albertus lib. 4. Metheo. tract. 2. cap. 9. dicit, Calorem vehementer congregare partes homogeneas & ſeparare heterogeneas, quia humidum ſoluit, & ſeparat illud à terra, humidum autem à terra receptum non poteſt penitus ſeparari, propterea incipit diſtillari cum terreo ſubtili, & fortiſſimo igne funditur in vitrum, terreum vero groſſum, quod fortius tenebit, comburitur in fauillam. Et nos diximus lib. 2. cap. 12. ignem vi maxima reducere materiam in vitrum: igitur manifeſtum eſt vitrum partem eſſe humidi radicalis ferri cum groſſis terreſtreitatibus, quæ fuſionem impediebant in ferro, combuſtis in fauillam: vitrum fit fuſibile quia rediit iam in naturam ſuam liquibilem, & quia pori ſunt occluſi, ignis penetrare non poteſt & ipſum exterminare. Vincentius Monachus ſcribit lib. 7. de naturalibus, Lapidem dici & non lapidem. Lapis enim dicitur quod poſſit conteri, & non lapis quia fundatur & fluat in igne abſque euaporatione, vt aurum; neque aliæ rei conuenire proprietatem hanc.

DEM. Philoſophi dicentes, non conſumi lapidẽ ipſorũ in igne, haud dubie dictum voluẽt de medicina finita.

GEB. Peſſima gloſa eſt quæ textum corrumpit & peruertit, nam tibi dico ipſos intellexiſſe iis verbis principium & fundamentum huius operæ, quod etiam confirmat nobiſcum Georgius Bacco Anglicus his verbis: Dico de qualitate omni quòd ſupra ignem figi debeant ſcilicet ne aufugiant ab ipſo, neque conſumantur aut corrumpantur ab igne, & poſtremo ne

colorem mutent in igne: nam hæ ſunt res quæ principium dant huius operis. Dicit præterea Alphidius, ignem ſubire & intrare omnia corpora, ſpiritus, ſubſtantias, & lapides, ſed lapidem hunc non intrare, neque ipſi dominari poſſe, nec ſulphura in ipſo corrumpere. Arnoldus ad Regem Neapolis dicit, quanto longius lapis hic igne durauerit, tanto plus augmentari & creſcere ipſum in bonitate, & virtute, quod nullæ aliæ rei conuenire poteſt: quia omnes aliæ res igne abſumuntur, dictus autem lapis ſolus in igne melioratur & creſcit in bonitate, nã ignis nutrimentum eſt ipſius lapidis, & hoc certiſſimum eſt indicium ad cognoſcendum lapidem. Auicenna in lib. de anima, quoſdam inueniri, qui non concedant magiſterium Alchimiæ, dicentes, ex rebus illis, quæ ignem perferre non poſſunt, nihil procreari poſſe, quod ipſum ſuſtineat. Quibus reſpondemus ratione nitri: terra enim omnino ab igne remouetur, contactum vero ab igne fortius euadit, quia ignis poteſtatem non habet ſupra nitrum.

DEMOGORGON. Attamen ſal nitrum multum combuſtibile eſt.

GEB. Auicenna ſupradictum nitrum intelligit per figuram quàm appellamus Anthiteſin, mutando primam literam, vt dicatur illi pro olli. Propterea dicit Auicenna in epiſtola ad Arſem philoſophum. Locus orientis vbi reperiuntur precioſi lapides Soli proximus eſt, ſic quoque nitrum quanto propius à Sole tangitur, tanto fortius euadit. Propterea etiam lapis hic quanto magis perfert calorem ignis, & cæteros labores huius operationis, tanto erit melior. Albertus li. 4. tract. 2. cap. 16. dicit quamuis res quædam corruptibiles ſint in igne, tamen non combuſtibiles eſſe, quia earum humor nutrimentum non eſt ignis, vt lapides & ferrum; quorum humor nutrimentum non eſt ignis, vt lapides & ferrum; earum rerum quædam ignem non recipiunt propter conſtrictionem pororum, ideo non ardent, ſed hæc intelligenda ſunt de ſupradicto vitro.

Diximus

Diximus & nos in fine proœmij lib. Inueſtigationis, & in proœmio lib. 2. Vitrum eſſe ex rebus illis quæ præparationem iuuant; nam reducendo ferrum ad naturam vitri præparari, propter remotionem multæ terreſtreitatis. & lib. 3. cap. 7. diximus, Si dicamus corpora per calcinationem mundari pro certo intelligere nos mundationem ferri à terrea ſubſtantia quæ in ipſa radice vnita eſt. De hoc vitro intelligebam cùm dicerem lib. 1. differendo de ſulphure. Aliquos cum viderent hanc magis profundam in ipſo, mundificaſſe ipſum & ſuſtuliſſe fugam & aduſtionem, & redditum eſt fixum & terreum, & per ignem non dat fuſionem bonam niſi vitrificatoriam.

DEM. Philoſophi de vitro loquentes forte intellexerunt vitrum commune.

GEB. Vitrum commune non habet humorem neque ſulphur aut argentum viuum quæ conueniant cum metallis. Propterea dicit Raſis, veteres vitrum metallicum confeciſſe. Et nos diximus lib. 1, cap. 11, Philoſophos vitrum facere ex corporibus metallicis. Dicit etiàm Raſis de diuinitate, aliquos tradidiſſe, tincturam à ferro eſſe & à nulla alia re, & hoc lapidem eſse maiorem, vilem inuentu & famoſum. Illud idem repetit lib. de aluminibus, cum dicit: vitrum liquefacit ferrum & omnia corpora, & facit ipſa in fuſione currere. Diximus & nos lib. 2. cap 8. proprietatem eſſe vitri vt omnia fundat & conuertat ad ſe, & in lib. Teſtamenti capit. de Marte dixi, calcem fundere lapides, hac de cauſa quidam adiutorio vitri gemmas faciunt.

DEMOGORGON. Cum diceres ſuprà, vitro adiecto carnes velocius coqui, addebas per vitrum philoſophorum ipſos intellexiſſe ſulphur. Quomodo intelliguntur iam calcem iſtam per illud idem.

GEB. Verum eſt philoſophos ſæpius æquiuocatione vſos eſſe, cum vero diſtinguere & cognoſcere cupis de qua re ipſi loquantur, rerum proprietatem diligen-

ter examinare debes, et ſic facile animaduertes, quando ipſi aut ſulphur aut calcem ſupradictam intelligant. Alphidius de hoc vitro loquens dicit, Frange vitrum, et extrahe lapidem et pone ipſum in vas vitreum ſiue bocciam, et extrahe ab ipſo oleum, et inuenies hoc quod philoſophi nobis tradiderunt. in hoc vitro argentum viuum eſt quod ignem ſuperat, tamen ab ipſo non ſuperatur, vt diximus aperte lib. 3. cap. 6. propè finem. Iſidorus in eandem ferè ſententiam loquitur, Argentum viuum (inquit) melius ſeruatur in vaſculis vitreis, nam reliqua ipſum perforat. Diximus et nos lib. 2. cap. 6. vitrum tantummodo, et huic ſimilia, quum poros non habeant, ſola continere poſse ſpiritus qui aufugiunt, et exterminantur àb igne. his verbis volui indicare ſpiritus ferri fugere vehementem ignem donec conuertantur coloris zaphirini aut cœleſtini obſcuri. Propterea lib. 4. cap. 16. dixi quòd in corporibus præparatis cernere debeamus colorem celeſtinum qui ſit perfectus propter bonitatem argenti viui. Itidem Albertus parum ante finem lib. Metheor. occulte hæc confirmat his verbis, dicit enim non facile poſse cognoſcere nos quando metalla ſuam formam ſpecificam iam acquiſiuerunt: aut non: non enim facile cognoſci quando iam ſit lapis verus aut metallum, niſi per corruptionem ad magnam debilitatem perducantur, in tantum vt nihil ibi reſtet præter ſolam figuram, et nihil de virtute, quam ſequitur eſsentia. Comparantur vero hæc corporibus mortuis, nam hæc ſi paruo tempore mortua fuere, videntur paruam habere differentiam cum corporibus viuis, longo tempore vero in ſepulcro condita, tunc in ipſis ſola figura remanet, et ſi attingantur ſubito in cineres corruunt, et apparet tum magna differentia inter viua et mortua corpora. Idem intelligendum de vegetabilibus et mineralibus. Nam mineralia etiam ſuo modo moriuntur quemadmodum reliqua animalia, tamen non cognoſcitur facile, quando amiſerint ipſorum eſse & naturam, niſi ex maxima mutatione. Etenim Zaphirus quandiu habuerit

rit

rit colorem et tranſparentiam et figuram Zaphiri, ſimilis eſt viuo qui habeat operationem Zaphiri. Si vero poſt longam mutationem obſcuretur, et diſcontinuetur, ſcimus ipſum iam non eſse Zaphirum, ſed ſimilitudinem Zaphiri, idem intelligendum de auro viuo, et mortuo, idem de argenro et cæteris metallis.

DEMOGORGON Ne graueris rogo tribus verbis mihi explicari, ea quæ tam longo ſermone tractaſti.

GEBER Hæc eſt ſumma totius ſententiæ, vt intelligas, nos voluiſse indicare eo ſermone, quum ferrum tanto temporis ſpatio in igne perdurauerit, vt iam factum ſit valde debile et frangibile, et ibi plane nihil remanſerit naturã vitri, et colorem adeptum ſit Zaphirinum obſcurum quaſi, tum demum conuerſum eſse in lapidem philoſophorum. Hæc occultauerunt poetæ eo, figmento, cum fingerent Demogorgonem Biſauum omnium Deorum gentilium et ab omni parte circundatum eſse tenebris, nebulis, caligine, habitans in medijs terræ viſceribus, vbi natus fuerit: veſtitus quodam viridi pallio humiditate quadam aſperſus, ſpirans terreſtrem odorem, horribilem, et fœtentem, non prognatum ab aliquo, ſed æternum, et parentem omnium rerum.

DEMOG. Quamuis hæc mihi videantur valde obſcura, cupio tamen expoſitionem huius figmenti audire.

GEBER Demogorgonis vocabulũ Græcum, interpretatur Latine, Deus terræ, et Deus populi, ſiue Deus terribilis, et ſignificat ferrum. Dictus autem abauus ſeu bis auus omnium deorum gentilium; nam omnes ab ipſo originem traxernnt, et deriuati ſunt (vt iam diximus) ventiſque circundatus nebulis et caligine, hoc eſt ſubſtantia terreſtri. habitat in medijs viſceribus terræ, quia ſub terra natus et nutritus eſt: dicunt ipſum æternum et à nullo generatum: nam ex illo omnia, quæ ſimilitudinem quandam habent alicuius

rei

rei generata ſunt, propterea eum parentem vocauerunt omnium rerum. Aut dicitur æternum eſſe, quòd fuerit ante terram, & omniũ elementorũ prior, aut potius, quòd in ſe contineat quandam eſſentiam incorruptibilem: veſtitus eſt certa quadam humiditate vili & abominabili, hoc eſt ferrugine, & pallio quodam viridi, hoc eſt cum vitriolo terreſtri & ſulphureo: odorem ſpirat terreſtrem, horribilem & fœtentem, hoc eſt ſulphureum, poſitus in ignem, & cum ipſo aqua fœtida. Huic (vt ſcribit Boccatius lib. de genealogia deorum gentilium) attribuerunt veteres æternitatem & Chaos; æternitas eſt quinta eſſentia, hoc eſt humidum radicale aut argentum viuum, quod & Plinius tradit lib. 33. liquor æternus, hoc argentum viuum præparatum Claudianus vocat Serpentem, qui coagulatione deuorat caudam ſuam, hoc eſt aquam Mercurialem ipſius argenti viui diſtillati in forma caudæ Leonis & ſerpentis. Chaos vero ſal illud terreum eſt quòd ſuprà Saturnum nominauimus, eſt enim materia confuſa, & in ipſa continentur omnia ſine forma, hoc eſt Sol, Luna & ſtellæ, hoc eſt planetæ ſupradicti, qui ſuam lucem non habent, idem & elementa quatuor & omnes res vegetabiles, & animales, & minerales, & vt dicit Claudianus habitant cum Demogorgone figuræ diuerſorum elementorum, et nos ſuprà diximus in ferro omnia metalla philoſophorum contineri. Primus ipſius filius Litigium dicitur, hoc eſt ipſum ſulphur Martis nomine appellatum, quod in putrefactione primum eſt, et tumultum facit in ventre Chaos in ipſo ſale, quia ipſum eſt materia prima metallorum, quam Hylen, hoc eſt ſyluam vocant: nam hæc eſt pars vegetabilis, et ab ea naſcuntur omnia elementa: iſtud ſulphur autem petit ſeparari, cum ſit naturæ diuerſæ, cum non habeat ſalſedinem, propterea aperit ventrem Chaos, hoc eſt, ſoluitur in aceto. Demogorgon autem extendens manum ſuam compræhendit Litigium ipſum ſulphur, quod ferrum appellauimus nam per manus Demogorgonis intelligi-

tur

tur aliud ſulphur arſenicum dictum; nam, vt ſuprà diximus, Mars eleuatur cum Arſenico, ſignificatur autem per Vulcanum, & Martem res eadem, quemadmodum Vulcanus ſubito natus, cum turpis eſſet et deformis, præcipitatus fuit in Inſulam Lemnon: ſic dicendum eſt quoque de Litigio nato ſubito, qui cum deformis eſſet propter ſulphuritatem et vnctuoſitatem aduſtiuam proijciebatur in aerem, hoc eſt in aquam diſtillatam, ibi lauabat, et ſoluebat ſe, et in altum ſubuolabat, hoc eſt, in ipſam aquam quia profundius, deſcendere non poterat: nam ipſum arſenicum ab eo extractum, hoc eſt ſeparatum à ventre ſalis in profundiori loco eſt cæteris rebus omnibus: nam in ipſo centro terræ ipſius ſalis Chaos nomine appellato continetur.

DEMOGORGON. Satis longa fuit diſputatio hæc, quare facile quis iudicium ferret, ſed pro explicatione ſufficiant mihi hæc, donec praxim ipſe videro aliquando.

FINIS EXPOSITIONIS ALCHEMIÆ GEBRI.

LIGNVM VITÆ

DIALOGVS SECVNDVS.

DEMOGORGON, RAYMVNDVS.

DEMOG. Salue plurimum doctiſſime Raymunde.

RAYM. Bene ſit tibi vir optime, ſed cupio ſcire quis ſis aut ad quid huc veneris.

DEM. Tuæ ſapientiæ fama egregia & celebris & tua doctiſſima ſcripta apertè demõſtrant habere te magnã cognitionem omnium ſcientiarum, cum vero omnis homo, maximè vero ſenes vnice cupiunt quàm longiſſime viuere propterea ego quoque etiam ſenio grauatus ex Italia meum iter huc vergebam in inſulam hanc Maioricam, vt venirem in conſpectum tuum, et certum aliquod remedium à te acciperem, quo vitam meam ad aliquod tempus poſſem longius producere. et me à morte abſque aliqua infirmitate defendere.

RAYM. Ignoras tu, Deum vnicuique terminum vitæ ſuæ conſtituiſse, quem nullus præterire poterit?

DEM. Non peto remedium contra illum terminum vltimum, qui vnicuique à Deo præfinitus eſt, ſed vt me à plurimis infirmitatibus quibus in dies humanum fragile corpus affligitur præſeruarem, et contrà abſumptionem humidi radicalis, et caloris naturalis deperditionem ſuſtinerem. Nam perſuaſi mihi, patres priſcos, qui ad quingenteſimum annum ſuæ vitę terminum prorogabant, aliqua vſos medicina, per quam tam longo tempore abſque infirmitate aliqua producerent vitam.

RAYM.

RAYM. Priſci patres longo tempore videbant ex Dei voluntate, vt per ipſorum vitam longam eo citius humanum genus multiplicaretur.

DEM. Quare igitur non viuebant omnes tam longo tempore?

RAYM. Qui priſcos illos patres propius ſequebantur in ſucceſſione, viuebant longiori tempore, tanquam parum progreſſi à prima creatione Dei: nam erant bonæ et laudabilis complexionis et longæuæ: hæc vero bonitas longa ſucceſſione minuebatur, et quanto propiores eſſent primæ creationi, tanto longiori tempore viuebant.

DEM. Debebant igitur omnes illi longo tempore viuere, cum tamen ſacra ſcriptura mentionem faciat de paucis.

RAYM. Ab initio annus more Ægyptio tam longi temporis non erat, neque duodecim menſes capiebat, vt hodie.

DEMOGORGON In ſacra ſcriptura non tantummodo annorum, ſed menſium quoque fit mentio, non fuerunt igitur anni Ægyptiaci, ſed more Hæbreorum definiti, & tam longi, vt hodie ſunt; vt Sanctus Auguſtinus affirmat in libr. de ciuitate.

RAYM. Fructus & omnia, quæ ex terra naſcuntur tum meliora, & maioris virtutis erant ante diluuium pro ſuſtentanda & prorogãda vita atque hodie ſunt.

DEMOG. Debebant igitur omnes longo tempore viuere, quod minime factum certe ſcimus.

RAYM. Non erant omnes eiuſdem complexionis & fortitudinis.

DEMOGOR. Impoſſibile ſanè eſt habere aliquem adeo bonam & fortem temperatamque complexionem, vt noningenteſimum annum vitæ ſuæ attingere poſſit ſine auxilio medicinę conſeruatiuæ.

RAYMVNDVS. Primi patres habebeant lignum

gnum vitæ, quo ſe longo tempore à morte defendebant.

DEMOGORGON Cum ſubito ex terreſtri Paradiſo excluderentur, fuerunt priuati ligno vitæ.

RAYM. Ego tibi referam cauſam eorum longæuitatis; Adam à terra creatus omni ſcientia ornatus rerum naturalium, & cognoſcebat eas res, quibus vita poterat prolongari, & ipſis vtebatur. Hæc etiam ſuccedentibus ſibi tradens, à quibus etiam deinde ſequentes hoc accipiebant per manus, propterea non omnes viuere poterant ætatem iam longæuam, cum omnibus non eſſet tradita huius rei cognitio.

DEMOGORGON. Abs te igitur peto, qui omni ſcientia imbutus es, vt mihi oſtendas medicinam hanc, quam Adam ſuis poſteris tradidit, per quam vitam ſuam ad noningentos produxerunt annos.

RAYM. Medicinæ conſeruatiuæ debent multum durabiles eſſe, & à corruptione remotæ (vt manifeſte ſcripſimus lib. de ſecretis naturæ) nam ſi corpus humanum præſeruare debeant à corruptione, neceſſe eſt, vt ſint perpetuo durabiles, nam alias inducerent maiorem corruptionem. Ergo volentes iuuenilem conſeruare, & producere iuuentutem, & ſenibus reſtaurare humidum radicale & naturalem calorem, neceſſe eſt, vt eligamus ſubſtantiam incorruptibiliorem cæteris omnibus, quæ ſunt ſub globo Lunari, & hanc præparare in medicinam & cibum ſuauiſſimum, vt poſſit ſumi per os intra corpus, & ſic ſumpta, quàm velociſſimè penetret per totum humamanum corpus, & illud ſeruet, quaſi incorruptibile.

DEM. Mihi ſane videtur (vt ingenuè fatear quod ſentio) impoſſibile eſt; quòd iam dixiſti; nam omnes res corporeæ à Deo in vſum humanum creatæ ſunt, aut ipſa elementa, aut res elementatæ, & hæc omnia cor-

corruptibilia : vnde habebimus igitur medicinam hanc incorruptibilem : videmus ad hæc quod generatur, à ſuo ſimili generari (vt affirmat Ariſtoteles lib. 7. Metaph.) & quicquid ex humana carne deperditum fuerit & conſumptum, neceſſe eſt, vt reſtauretur ex alia re corruptibili, videlicet ex cibis corruptibilibus, qui virtute caloris naturalis corrumpuntur & tranſmutantur in ſtomacho, hepate & membris omnibus per virtutem potentię nutritiuæ, vt conuertantur in carnem humanam. Si autem hæc medicina incorruptibilis eſt, numquam poterit tranſmutari in carnem humanam, quemadmodum materia cœli numquam tranſmutari poteſt in materiam elementalem.

RAYM. Doctè ſatis hæc in medium protuliſti putas autem in rebus elementatis nihil præter elementa corruptibilia inueniri.

DEMOGORGON Oſtende mihi igitur illud quod præter elementa rebus elementatis immixtum ſit.

RAYM. Subtilis quædam ſubſtantia hæc eſt & radicale humidum & intrinſecum, quinta eſſentia dicta per partes elementales diffuſa, ſimplex, & omnino incorruptibilis, & hæc longo tempore conſeruat res in ipſorum eſſe, & natura ſagax produxit, & ordinauit hanc, propterea quod deſideret longo tempore conſeruare indiuidua, & in perpetuum producere res in ſua ſpecie: quamuis enim in generatione vniuoca animalium, omne animal ſuum ſimile generat in ſpecie, nihilominus in generatione ceſſabili, quæ fit per putrefactionem, & corruptionem generantis fit generatum deforme ad generans in ſpecie aut genere, vt videmus in cibo, ex quo generatur, & inſtauratur id quod per vigorem caloris intrinſeci, & extrinſeci abſumptum & deperditum eſt. Nec dicimus medicinam hanc omnino incorruptibilem eſſe, vt Cœlum, ſed cum ipſa generata ſit ex materia cæteris omnibus incorruptibiliori, & facta eſt ſimplex per ſeparationem elementorum corruptibilium, ſi debitæ conſeruetur,

uetur, durabit decem millia annorum abſque corruptione, et ſumpta per os longo tempore conſeruabit corpus humanum incorruptibile: propter hanc cauſam ſedulo hortantur Medici, vt reficiamur nos cibo minus corruptibili.

DEM. Hæc tua ſententia videtur mihi ſimilis opinioni quorundam philoſophorum, qui volebant Salamandram ſolo igne viuere, halec vero ſola aqua, & talpam terra, Chamaleontem autem aere; que opinio falſa eſt, nulla enim res elementata ſimplici elemento poteſt viuere, ſed ijs rebus ex quibus compoſita eſt conſeruatur (vt inquit Ariſtoteles) quare neque homo vitam ſuam ſuſtinebit ſolo illo humido radicali ſimplici, & adeo incorruptibili.

RAYM. Non dico hominem viuere poſſe hac medicina ſola, ſed eius vſu cum cæteris alimentis poſſe tandem attingere longæuitatem primorum patrum, qui non ſolum fuerunt vſi ligno vitæ in Paradiſo terreſtri, ſed etiam reliquis fructibus.

DEMOGOR. Fuere hac medicina vſi patres primi?

RAYMVND. Maxime vti debebant ad vitam producendam.

DEM. Mirum quidem nihil habuiſſe aliud quod à morte ipſos melius defenderet.

RAYM. Naturaliter loquendo, hæc melior & præſtantior medicina, quia nihil excellentius in toto mundo. Cum enim (vt Ariſtotele tradit lib. 10. Met.) in omni genere vnum quoddam ſit quod in eo genere primum gradum teneret, hæc autem medicina generata ſit ex magis incorruptibili, & virtutis excellentioris materia quam ſub cœlo haud inuenies, & hæc primum ac ſummum gradum tenebit inter cæteras medicinæ præſeruatiuas omnes.

DE M. Eſt igitur medicina hæc ipſum lignum vitæ?

RAYM. Prius tibi dixeram primos patres ſtatim ab initio hoc ligno priuatos, vt apud Moyſem legimus.

DE M.

DEMOGORGON. Fortaſſe etiam Moyſes, qui ab ineunte ætate in ſcientijs Ægyptiorum probe inſtructus fuerat, & huius diuinæ ſcientiæ cognitionem habuit (vt Vincentius Monachus ſcriptum reliquit) de his rebus, cum obſcuritate loquutus eſt, quemadmodum, & cæteri philoſophi fecerunt.

RAYM. Ipſius ſcriptis nihil detractum volo; nam neque plus aut minus ipſi credendum quàm oporteat.

DEMOGORGON. Forte erit herba illa, cum qua Medea Æſonem ad iuuentutem reduxit, & cum qua Æſculapius eos ſuſcitabat, qui iam ferè erant extincti.

RAYM. Eſt quidem ea medicina ipſa, ſed minime herba dicenda: nam veteres philoſophi ſub fabulis poeticis occultauerunt ſcientiam hanc, & loquuti ſunt per ſimilitudinem.

DEMOGORGON Quam dicis ſimilitudinem.

RAYM. Hæc medicina in præparatione multipliciter variatur: nam viridem aſſumit colorem vt herba, propterea appellauerunt ipſam veteres vegetabilem & herbam: hac de cauſa dicit Meluendus diſcipulus Hermetis de his rebus differens, O quàm facilis eſt hæc res, rebus vegetabilibus propter viriditatem comparata.

DEM. Cum herbæ tantas virtutes medicinales habeant, quì fit, vt hæc Medicina non poſſit eſſe herba?

RAYMVNDVS Medicina hæc fieri non poteſt neque ex rebus vegetabilibus, neque animalibus, neque ab ijs rebus, quæ ab eis deſumuntur.

DEM. Quamobrem?

RAYMVNDVS Cum neceſſe ſit, vt hæc Medicina omnino incorruptibilis ſit, & omnia elementa in hoc ſuperare debeat; neceſſe eſt, vt extrahatur

tur è materia , quæ ab omni corruptione quàm alieniſſima ſit.

DEMOGORGON. Tamen dixiſti tu in libr. quem de naturæ ſecretis inſcripſiſti, hanc extrahendam eſſe de vino rubeo. Idem confirmat Ioannes de Rupeſciſſa, alij vero Chelidoniam accipiendam eſſe autumant, alij ſanguinem humanum.

RAYM. Non parum eras perſuaſum ſi habes philoſophorũ ſcripta ex nuda littera, intelligẽda eſſe, maxime in hac ſcientia, quanto clariori & magis aperto ſermone vtuntur, tanto plus obſcuritatis habent eorum ſcripta, ſimilitudinibus enim, & per ænigmata locuti ſunt.

DEMOGORG. In hac re qua vſi ſunt ſimilitudine?

RAYMVN. Dicit ſenior philoſophus hanc medicinam conuerti & variari ſe colore in colorem, & de ſapore in ſaporem, & de natura in naturam, propterea ſua nomina multiplicata eſſe. Dicit autem Minois philoſophus, Si quæratur quare factum ſit rubrum antequam reciperet albedinem. Reſpondendum bis denigrari, bis in colorem citrinum conuerti & bis recipere colorem rubrum. Cum vero bis colorem rubrum recipiat, vt rubrum vinum & ſanguis humanus videlicet poſt putrefactionem & in diſtillatione, propterea veteres per ſimilitudines loquentes vocauerunt ipſam vinum rubeum, ſanguinem humanum, & ſanguinem Draconis, & his ſimilibus.

DEMOGORGON Ego omnino credebam animalia tamquam cæteris rebus omnibus inanimatis nobiliora, eſſe maioris virtutis quoque in medicina.

RAYMVNDVS Animalium præſtantia non conſiſtit in proportione, & commixtione elementorum, ſed in anima. Cum autem medicina hæc facienda ſit, ex ſubſtantia corporea & materiali, propterea quædam mineralia ad hoc opus perficiendum

præ-

præſtantiora ſunt. nam eorum compoſitio durior & fortior eſt quàm animalium, nam iſtorum compoſitio quantum ad corpus debilis eſt & facilis corruptionis, & paucæ virtutis. Videmus enim ipſa animalia quæ occupata ſunt rebus altis & ſublimibus, priuata eſſe vilibus & caſuris; propterea mineralia quædam nullam operationem habentia, & ſenſibilitate carentia maiorem vim corpoream habent quàm ipſa animalia.

DEMOG. Si hæc medicina non poteſt fieri neque ex vegetabilibus neque animatis rebus, facienda eſt forte ex medijs mineralibus, vt ex ſale, alumine, atramento, marchaſita, antimonio, ſulphure & argento viuo communi.

RAYM Neque ab his.

DEMOGORC. Sunt tamen multum durabilia.

RAYMVNDVS Non ſunt virtuoſiora cæteris rebus elementatis neque incorruptibiliora.

DEMOGORGON A quibus rebus corrumpuntur?

RAYM. Ignis vehementia.

DEM. Ignis quidem omnia corrumpit, rapit & deuorat.

RAYMVNDVS Non poteſt tamen humidum radicale corrumpere in metallis, neque ipſorum calorem radicalem, & complexionalem, vt Affirmat Geber in lib. 2., et Albertus lib. 3. de mineralibus, cap. 2.

DEM. Qua ex cauſa?

RAYM. Propter ipſorum homogeneitatem & duriſſimam & fortiſſimam compoſitionem & colligantiam, & propter vaporabilem mixtionem, & longiſſimam temperatiſſimamque decoctionem in minera ſiue terræ viſceribus.

DEMOGORGON Concludis igitur medicinam hanc fieri debere ex humido & calido radicali metallorum?

RAYM. Videmus metalla quæ plus mille annis in antiquitatibus Romæ terrà obruta latuerunt incorrupta, damnum nullum accepiſſe, vnde facile conijcies quanto tempore ipſorum humidum radicale poſſit durare purificatum, diſtillatum & ſeparatum ab omni parte corruptibili, groſſa, & elementali, hac de cauſa dicit Geber lib. 2. cap. 12. Videmus res diſtillatas fieri puriores, & facilius à putrefactione conſeruari poſſe.

DEMOGORGON Vnde habere putas metalla tantam vim & virtutem ſuper omnes res elementatas?

RAYM. De cœlo.

DEM. Tamen res duræ virtutem cœleſtem minime recipiunt, quia cœlo non obediunt; nam videmus ſigillum ſuam figuram non imprimere in durum lapidem, ſed in mollem ceram.

RAYM. Radij corporum cœleſtium in nullo elemento cum tanta virtute vniuntur & potentia, tamquam in terra, nam terra proprium & firmum receptaculum eſt virtutum cœleſtium & ipſius ſpheræ centrum, hac de cauſa ipſa mirabilia producit, vegetabilia, animalia & mineralia. Hermes dicit, terram parentem & genitricem eſſe metallorum, quæ in ſuo ventre portat metalla, vt mulier prægnans fœtum in vtero, dicit autem terram matrem eſſe, cœlum autem patrem, & quod ab ipſa terra imprægnatur in montibus & planicie & in aqua & omni loco. Tamen concedendum eſt, terram in ſua duritie permanentem nullam rem poſſe producere, cum non ſit obediens motui. Cum vero continuo motu cœleſti, & virtute ſolari & aliorum planetarum ipſa terra continuè coquatur, & ex illa fit ſubtilior & alteratur parteſque ſubtiliores virtute caloris ſolis eleuentur in fumum. Propterea virtutes cœleſtes continuo de cœlo deſcendentes & penetrantes in ipſam terram, & ibi inuenientes materiam ſimplicem, ſubtiliſſimam, et ſpirituale, incorruptibilem, lucidam & perſpicuam, & naturæ ſagacitate

præ-

præparatam & aptam, vt recipiat virtutes cœleſtes propter ſimilitudinem quandam quam inter ſe habent, vim præſtantiſſimam infundunt in ipſum duplicem fumum metallicum radicalem. Et cum hæc materia ſpiritualis longiſſimo tempore in cœleſti obedientia & ſpiritualitate iam permanſit, in ſubſtantia principiorum metallorum vniformis eſt, & homogenea, quæ tempore longiſſimo ad milles annos vſque induratur tandem vt inquit Geber lib. 1. cap. 7. propterea Cœlum infundit ipſis plures mirabiles virtutes quàm in cæteris rebus omnibus, nam in his plus cæteris laborauit, & hæc eſt cauſa tantæ virtutis metallorum, vt omnia elementata facile ſuperent. Tametſi vero poſt longiſſimum tempus hic fumus duplex & vapor ſpiritualis iam ad duritiem metallicam peruenit & in ſe retineat virtutem cœleſtē, nihilominus cū impedita & ſuffocata ſit à terreſtreitate & duritie, non poteſt extrinſece demonſtrare virtutē hanc cœlitus adeptā: nos vero cupientes illā fieri manifeſtam, & volentes ipſam perducere ad lucem, neceſſe eſt, vt remoueamus terreſtreitatem & ſpiſſitudinem metalli, & reducamus ipſum ad primam ſimplicitatem, quæ ſufficienter decocta tantas virtutes demonſtrabit, vt quaſi ſubito videatur mutare corpora humana & reducere ad veram priſtinamque ſanitatem; poteris autem facile apud te ipſum expendere quantam virtutem habeat medicina hæc, ſi Noè qui hanc tenebat (vt ſcribit Vincentius monachus lib. 5. naturalium) quingenteſimum annum agens generabat Sem, Cham, & Iaphet.

DEMOGOR. Sermo iſte plurimum delectauit me, ſed hoc quæro, num ex gemmis medicina hæc fieri poſſit.

RAYM. Quare hoc quæris?

DEM. Quia ſunt incorruptibiles & magnam vim & virtutem medicinalem habent & cœleſtem quibus metalla etiam ſuperent propterea quemadmodum etiam Albertus affirmat in lib. de mineralibus & Hermes qui tradiderunt virtutes rerum inferiarum depen-

dere à ſtellis, & imaginibus cœleſtibus; dixerunt quoque virtutem hanc deſcendere ſuper res naturales plus aut minus impluendo & influendo, nam fortius imprimere ſuam vim materia exiſtente magis ſimili virtuti cœleſti, & ipſis corporibus cœleſti lumine & perſpicuitate: minus verò quum materiæ fuerint confuſæ, & fæculentæ, vt opprimatur in ipſis virtus cœleſtis, quũigitur in ſubſtantia et lumine, colore & perſpicuitate cœleſtibus corporibus ſimiliora ſint quàm ipſa metalla, qua de re etiam à quibuſdam philoſophis nominatæ ſunt ſtellæ elementales, debeant, igitur multo præſtantiores eſſe ipſis metallis ad præparandam hanc virtuoſiſſimam medicinam.

RAYMVND. Si tota ſubſtantia deberet conuerti et præparari in medicinam, aliquæ gemmæ multo præſtantiores eſſent quàm ipſa metalla, quorum virtus oppreſſa & ſepulta eſt in terreſtreitate, & aliis accidentijs ſuperuenientibus materiæ radicali, in qua conſiſtunt virtutes hæ cœleſtes: cum vero (vt ſupra diximus) neque metalla, neque gemmæ recipiant virtutem cęleſtem, quamdiu fuerint in forma metalli aut lapidis, ſed cum figuram adeptæ fuerint vaporis tamdiu donec indurentur. Iſti autē vapores qui de metallis generantur maiorem ſimilitudinem habeant ſpiritualitatis, & maiorem obedientiam cœleſtem quàm alij vapores qui de gemmis generantur, ſequitur metalla plures habere virtutes cęleſtes quàm gemmæ.

DEMOGORGON Quis huius rei nos redit certos?

RYMVNDVS. Gemmæ ſunt propinquæ in ſubſtantia elementis, & ipſarum materia prima, & qualitates primæ elementales parum alteratæ ſunt, aut tranſmutatæ à prima natura ſua, prætérea coagulauit natura gemmas paruo artificio, & indurauit ipſa cum diaphanitate & perſpicuitate ea quam habebant in ipſarum materia prima fumoſa, & quamuis habeant duritiem & virtutem hanc ex duritia ipſorum, nihilominus ſe præſeferunt tamen virtutem aliquam cęleſtem,

ſtem, quòd metallis non idem euenit: nam antequam hæc recipiant formam metallicam, requiritur longiſſima tranſmutatio contemperantia metallorum & purgatio, & tranſmutatio ſulphuris, argenti viui, ſalis, & aluminis, & harum rerum longa decoctio. Lapides vero pretioſi quamuis multum durabiles ſint, hoc tamen à multa quantitate humidi radicalis viſcoſi non aſſequuti ſunt, quod ſtrictim, & quàm arctiſſime ligat & compingit in ſimul partes, ipſorum, participant enim ei in parua quantitate, propterea facile triturantur, nam ea potius cauſata eſt à frigiditate congelante, ex qua per naturam paruo labore indurati ſunt: frigidum autem congelando claudit poros, & in ipſa ſubſtantia intrinſece conſtringit calorem naturalem, adeo vt calor aeris ipſam aperire nequeat aut corrumpere. Ignis vero calor vehemens qui metalla quædam corrumpere poteſt, ipſorum humidum radicale non poteſt corrumpere, cum fortiſſime commixtum & vnitum ſit cum ſicco terreſtri ſubtili & digeſto, hoc eſt cum ſulphure & argento viuo, cum quibus duobus hæc medicina fit incorruptibilitate, & virtute omnia ſuperans.

DEMOGORG. Marſilius Ficinus eorum opinionem reprobat & falſam eſſe affirmat, qui tradunt materiam auri intrare poſſe complexionem humani corporis, aut ipſi aſſimiliari poſſe aut in potabilem ſubſtantiam conuerti, cum oportet ipſam prius conuerti, & tranſmutari in ſanguinem, poſtea vero in carnem, quod impoſſibile eſt propter ipſius duritiem: cum igitur medicina hæc ex auro fieri non poſſit, multo minus poterit ex metallis reliquis fieri.

RAYM. Equidem concedimus metalla exiſtentia & permanentia in ſubſtantia metallica. etiam ſi aqua vitæ quàm maximè ſubtilientur, nullam tamen penitus affinitatem aut conuenientiam aliquam adipiſci propinquam carni humanæ, niſi corrupta prius forma dura & redactis ad ipſorum primam materiam ſuf-

ſicienter purificatam & digeſtam. nam ſic acquirunt hanc affinitatem, & conuenientiam cum corpore humano, quam etiam cæteri cibi, & medicinæ præſeruatiuæ poſſident, quas tamen hæc longe præcellit in virtute.

DEMOGOR. Iam ex verbis tuis intelligo, humidum iſtud radicale & materiam primam ſoluendam & diſtillandam eſſe.

RAYM. Verùm dicis.

DEMOGORGON Quomodò autem ex iſtis metallicis aquis fieri poteſt medicina pro humano corpore, cum fœtidiſſimæ ſint & horribiles, corroſiuæ, & tam acutæ vt à Philoſophis pro veneno præſentiſſimo habeantur? Morienus Romanus de ipſarum odore loquens, comparat ipſarum fœtorem mortuorum cadauerum ſepulchris. Videmus quoque eas aquas quæ per metallicas venas fluunt, & in ipſis calefiunt, odòrem ingratum acquirere: erit igitur medicina hæc multo horribilior & naturæ humanæ abominabilior. cum ſubſtantia ipſa metallica fuerit in aquam conuerſa.

RAYM. Quemadmodum fructus in principio æſtatis acerbi & auſteri ſunt, quòd ſufficientem decoctionem & digeſtionem nondum habuerint, & continue attrahendo humòrem ſufficienter maturari non poſſint & dulcorari, niſi multo calore totius æſtatis decoquantur & digerantur, vt fiant dulces & odoriferi. idem euenit medicinæ noſtræ extractæ ex terra metallorum; nam & hæc ante ſufficientem digeſtionem & decoctionem fœtida eſt & horribilis, & antequam vapores ab ipſa aſcenderint per decoctionē, non poterit dulcorari, ſed vaporibus coagulatis & ſufficienter decoctis mirabilem ſuauitatem & dulcedinem acquirit: propterea dixit Arnoldus in Roſario, dulcorabis amarum, & habebis totum magiſterium.

DEM. Eſt ne indicium aliquod ex quo cognoſcam licinam hanc iam eſſe finitam?

RAYM.

RAYM. Ioannes de Rupeſciſſa tradidit, quod & nos affirmauimus videlicet duo eſſe ſigna ſiue indicia certa, quibus cognoſcitur medicinam hanc iam perfectam eſſe, & finitam. Primum eſt hoc, ſi ponamus vas in quo hæc medicina incluſa eſt in angulum aliquem domus, & pro miraculo, & quaſi inuiſibili obſtamine eo pertrahantur & alliciantur omnes, qui domum illam ingrediuntur: alterum verò eſt ſi ponamus iam dictum vaſculum ſupra verticem turris, vt ipſius odor attrahat & congreget omnes aues quæ eam odoris ſuauitatem percipiunt, ſunt autem hæc certiſſima indicia medicinam iam finitam eſſe, & omnino completam.

DEM. Quid voluit Ioannes de Rupeſciſſa his verbis ſignificare?

RAYM. Per turrim intelligimus fornacem in angulo domus poſitum, in quam vitrum, quod materiam noſtræ medicinæ continet, decoquendum ponitur: per intrantes vero domum iſtam & per aduolantes aues ſignificantur ſpiritus & vapores illi qui virtute caloris ſurſum feruntur ac aſcendunt in altum per collum longum vaſis ſiuæ bocciæ, qui cum figuntur, & amplius non aſcendunt, indicium eſt ipſarum humiditatem aqueam iam conſummatam, & materiam dulcoratam, & medicinam finitam eſſe. Non debes autem dubitare ſuper hac interpretatione, nam & Raſis eandem ſententiam tenet, nam veteres vſi ſunt varijs nominibus, ſimi itudinibus, figmentis, fabulis & ænigmatibus, vt hanc diuinam ſcientiam occultarent, ne facile ab aliquo perciperetur, quod etiam nobiſcum affirmat Ioannes Picus Mirandula in lib. de dignitate hominis, cum dicit veteres conſueuiſſe res diuinas altas & ſublimes ſub velo multorum ænigmatum & fabularum poeticarum deſcribere.

DEM. Poterit autem Medicina hæc ſanare omnes morbos curabiles.

RAYM. Diximus ſuprà, medicinam hanc in ſupremo gradu & ordine primo conſtitutam. Cum enim di-

diuerſi gradus ſint medicinarum curatiuarum, quædam longius ſeſe extendunt in virtute curationis, quædam vero minus non ſolum in curando, ſed etiam præſeruando corpus à multis ac varijs infirmitatibus, & vt corpus humanum à corruptione conſeruent. Videmus enim ſubtilem ſubſtantiam et formalem in quantitate, et materia ſubmerſam non poſſe exercere ſuas virtutes niſi quanto magis ſpiritualis et formalis, et à materia ſeparata fuerit et à quantitate remota, tanto plus ſuam virtutem extendat vt operetur varios effectus. Noſtra vero medicina cum compoſita ſit ex ſpiritibus ſubtilioribus et materia ſimplici et quaſi ſeparata ab omni materia elementali propterea facile poterit ſine impedimento vires ſuas in omnibus infirmitatibus quæ curam recipere poſſunt. Nouimus item omne agens virtutem habere operandi ſecundum propinquitatem & ſimilitudinem cum qua participauerit, cum primo actiuo; primum vero et vniuerſale agens corporeum et ſimplex corpora ſunt cęleſtia, quæ vt vniuerſalis cauſa ſe extendunt ſuper omnes res inferiores. Cum vero medicina noſtra propter ſubtilitatem ſuam et puritatem incorruptilitatemque ſupra omnia corpora maximam propinquitatem et ſimilitudinem habeat cum cœleſtibus corporibus, à Philoſophis Cœlum fuit nuncupata et quinta eſſentia: poterit igitur præ ceteris rebus corporeis inferioribus omnibus tanquam medicina vniuerſalis omnes curabiles morbos et infirmitates curare, non tantum illas quæ ad Phyſicum pertinēt, ſed etiam iſtas quæ Chirurgi manum requirunt. Tradunt etiam Medici medicamentum Hieræ picræ ſingularem habere virtutem attrahendis humoribus à capite, collo, et pectore, et non ab aliis membris inferioribus, propterea quòd hoc medicamentum generatum ſit per virtutem quarundam ſtellarum quæ influentiam habent ſupra caput, collum, et pectus; vt ſtella Arietis, Tauri, et Gemini. Idem āfferunt de cæteris medicamentis, quæ humores trahunt ex pedibus, coxendice, et tibiis; quia ſpecialiter quandam virtutem hæ medici-

næ nactæ ſunt, et certum influxum quendam ſuper membra hæc inferiora ſcilicet ſtellæ Capricorni, Aquarii et Piſcium. Metalla vero reci pientia eſſentiam, nomen, numerum, colorem, virtutem et proprietatem planetarum ſingularem, omnes vero planetæ habeant influen tiam et virtutem ſupra totum humanum corpus, et his metallis noſtra medicina generatur, habebit, et hæc virtutem ſupra totum humanum corpus, et aquæ thermarum ſi habent virtutem ſanandi plures infirmitates, ea de cauſa quòd ferunt ſecum tranſeuntes per metalli vena virtutem quandã metallicam, habebit nimirum ipſa ſubſtantia metallica maiorem vim in potabilem formam conuerſa. Cum autem ſecundum opinionem Philoſophorum veterum ſingula metalla ſecundum ſimilitudinem, virtutem, nomen, colorem, et proprietatem in omni metallo ſunt compræhenſa, vt aperte demonſtratum eſt in lib. expoſitionis librorum Gebri, Igitur et hæc noſtra medicina quamuis ſolummodo ab vno aliquo metallorum extracta fuerit habebit tamen nihilominus virtutem omnium metallorum et planetarum et virtutem ſuper totum corpus humanum ſanandi plures infirmitates curabiles. Idem voluit ſignificare Ioannes de Rupeſciſſa de humiditate noſtra radicali loquens, et de quinta eſſentia ſub nomine aquæ vitæ: dicit enim aquam ardentem bonam in ſe continere omnium metallorum virtutem, et non aquam eſſe vitis, ſed vitæ, quia vitã hominibus donet.

DEM. Quamuis iſtæ rationes ſatis prudenter et argutè adductæ ſint nihilominus apud me perſuaſum habeo, vnam medicinam ſimplicem omnes infirmitates minime poſse curare, præcipue vero hac de cauſa, nam infirmitates contrariæ (vt Medici aſſerunt) medicinis curantur contrariis, cum vero qualitates contrariæ in vno ſolo ſubiecto non poſsunt eſse, mihi plane impoſſibile videtur vnam medicinam plures infirmitates poſse curare. Tradunt præterea Philoſophi, ex vna ſola re præter vnum effectum ſolum non cauſare: igitur neque vna ſola mediciua plures morbos curabit.

RAYM.

RAYM. Vna ſola res ſimplex facit plures effectus contrarios ſecundum naturam diuerſam et diſpoſitionem recipientis. Videmus enim ſolis calorem diuerſum operari effectum, cum lutum deſiccet, ceram autem liquefaciat, cum tamen hi effectus contrarij ſint ex vna ſola operatione. Quamuis igitur noſtra medicina res vna ſola ſit, et forte vnam ſolam operationem habeat, nihilominus ſi conſideramus magnam illam ſimilitudinem quàm cum omnibus rebus cœleſtibus habet, videmus ipſam aptam ad recipiendum plures virtutes cœleſtes. Cum etiam ab omnibus elementis extracta ſit, dicimus ipſam habere virtutem et qualitatem omnium elementorum propterea multiplicis eſse virtutis et operari eam poſse varios effectus contrarios.

DEMOGORGON Oſtende mihi nunc huius artis praxin.

RAYM. Lege expoſitionem noſtram libror. Gebri, nam ibi et materiam et praxin diſtinctè et clarè deſcriptam inuenies.

DEMOGOR. Maximas tibij gratias ago pro tanto in me collocato beneficio ex tua ſingulari liberalitate, et humanitate, et tu valebis interim.

FINIS.

MI-

MINERA PHILOSOPHORVM

Breuis Libellus Incogniti Authoris, in quo tamen multa quæ in tot Libris Philoſophorum occultata ſunt ex Tenebris in lucem edita reuelantur.

CVm ignarus vulgus, et non pauci, ingenio, et non mediocri doctrina præditi de auri Philoſophorum minera tamquam de ridicula fabula ſæpe ſæpius loquantur, et antiquorũ, tàm Philoſophorum, quàm Poetarum Sapientiam irridere audeant, compaſſione motus eorum, quibus ob alienam cecitatem damnum maximum affertur, adeptus ego (Dei gratia cui laus in æternum) tàm prætioſi, et inæſtimabilis Theſauri fælicitatem, viam (ad mineram Philoſophicam) docere, et ſtudioſis, et bonæ voluntatis hominibus manum auxiliarem porrigere decreui, vt hoc meo Libello, tamquam face inter denſas tenebras huius tam prætioſæ et abſconditæ mineræ, vtantur, vt facilius, et ſecurius ambulare poſſint, et tandem ad centrum peruenire veritatis.

Primum

Digitized by Google

Primùm igitur, vt hæc ditiſſima minera inueniri poſſit, Mons eſt inueniendus, & cognoſcendus, in quo dicta minera reperitur; deinde ianua, per quam ſedulus inueſtigator ingrediatur in mineram, & ex illius profunditate aurum propriis manibus quantum libeat colligat, ad ſui, & pauperum vtilitatem.

Aduertite ergo, & arrigite aures ſtudioſi Tyrones. Philoſophia eſt illa Regio, in qua reperitur Mons ille altiſſimus, qui in ſuis obſcuris cauernis claudit, & ſeruat Mineram indeficientem auri noſtri, & hic mons propter ipſius maximam altitudinem non eſt tam facilis aſcenſionis, vt aliqui ſibi ſuadent., ſed magno labore, & ſudore, & vigilantia ad illum peruenitur. Inueſtiganda enim primo ſunt principia naturalia, ideſt elementorum naturæ, & illorum inter ſe conuerſiones, & quod in aqua ſunt alia tria Elementa, quæ tanquam ab ipſorum matre exierunt. Abiſſus enim aquarum in principio creationis Mundi continebat in ſe non ſolùm elementa omnia, ſed lucem, ex qua ſeparatis à Creatore aquis celeſtibus à terreſtribus, creatæ poſtea fuerunt ſtellæ, & Sol, fons vitæ vniuerſalis huius mundi. Aqua hæc, quæ inferius remanſit, & quam nos Mare appellamus, continet in ſe aerem, terram, ignem; aer, ſi rareſit aqua; terra, ſi exicatur; ignis, ſi ex terra quæratur, producuntur: & ex miſtione, & alteratione, & corruptione dictorum, omnia in mundo generantur mediantibus virtutibus ſeminalibus (quas Deus penè infinitas creauit) tanquam à proprijs, & particularibus agentibus, ad eſſe ſuum ſpecificum producta. Hinc colligite Sapientiæ noſtræ Inquiſitores, & ſupernaturalis noſtri Solis inueſtigatores, quod quidlibet generatur ex proprio ſemine ſuæ ſpeciei propagatore, veluti ex agente informante, & ex elementis, veluti ex paſſiuo materiali, vnde ſequitur, quòd non quidlibet generat quodlibet, ſed homo hominem, lactuca lactucam, & metallum metallum; quæ ſtultitia eſt ergo, quæ alta ignorantia Sophiſticę cæcitatis ex ſemine hominis quærere lactucam, ex ſemine lactucæ hominem, & ex ſemi-

ſeminibus hominis, ſeù lactucæ metallum? Non ne omnes Philoſophi vnanimiter aſſerunt, natura naturâ continet, natura naturam gignit, natura naturâ lætatur. Vos autem filij Sapientiæ, & humilitatis, à præſumptione & ſuperbia aborrentes, ſequimini me, & mecum ad excelſum Sophiæ montem aſcendite, quem vobis dixi poſitum eſſe in regione veræ, & nō Sophiſticæ Philoſophiæ; Et, ſicut dixi quod in hoc monte non conceditur quidlibet generari ex quolibet, ſic vobis dico quod ab hoc monte videbitis, quod tātum metalla generantur ex Semine metallico. In vertice ergo poſiti iſtius montis videbitis, poſt aſſiduam tamen, & profundam contemplationem, naturæ occultiſſimas operationes, & generationes rerum omnium vobis ante oculos apparebunt, quibus viſis, & cognitis nondum ſatis inſtructi eritis, niſi vos, vt promiſi, dirigam per rectam viam ad Ianuam noſtræ Mineræ Philoſophicæ, quam vobis ſtudioſi filij aperire libenter volo, cum non ſit facilis ad illam aditus, imò difficilis propter dumeta, & ſaxa ingentia, quæ impediunt, & indagatores ab ingreſſu prohibent;

Hæc Ianua, quam primam portam dicimus eſt veræ materiæ cognitio, circa quam tàm natura, quàm ars operatur, quæ materia cùm ab inuidis philoſophis tot; & ferè infinitis nominibus nominetur eſt tam difficilis inquiſitionis, vt Argi, vel lincis oculis opus ſit ad eam recognoſcendam: nos autem, qui ab Inuidia abhorremus & omnibus (dummodo indigni non ſint) benefacere cupimus, & in ſemitam rectam dirigere ex tota animi noſtri benignitate profitemur, Nos inquam reuelamus omnibus, qui hæc noſtra ſcripta legent materiam veram (principium lapidis noſtri) eſſe vnam, et eandem, qua vtitur natura in mineris, et verè abſq; æquiuocatione eſſe aquam pōderoſam mineralem impregnatam ſubtili ſpiritu Solari, ideſt terreo igneo, quod propriò nomine dicitur Sulphur: quę aqua, ſiue argentum viuum viſibile, & vulgare, eſt fœmina quam debetis coniungere dicto ſuo Viro ideſt Sulphuri

dere à ſtellis, & imaginibus cœleſtibus; dixerunt quoque virtutem hanc deſcendere ſuper res naturales plus aut minus impluendo & influendo, nam fortius imprimere ſuam vim materia exiſtente magis ſimili virtuti cœleſti, & ipſis corporibus cœleſti lumine & perſpicuitate: minus verò quum materiæ fuerint confuſæ, & fæculentæ, vt opprimatur in ipſis virtus cœleſtis, quũ igitur in ſubſtantia et lumine, colore & perſpicuitate cœleſtibus corporibus ſimiliora ſint quàm ipſa metalla, qua de re etiam à quibuſdam philoſophis nominatæ ſunt ſtellæ elementales, debeant, igitur multo præſtantiores eſſe ipſis metallis ad præparandam hanc virtuoſiſſimam medicinam.

RAYMVND. Si tota ſubſtantia deberet conuerti et præparari in medicinam, aliquæ gemmæ multo præſtantiores eſſent quàm ipſa metalla, quorum virtus oppreſſa & ſepulta eſt in terreſtreitate, & aliis accidentijs ſuperuenientibus materiæ radicali, in qua conſiſtunt virtutes hæ cœleſtes: cum vero (vt ſupra diximus) neque metalla; neque gemmæ recipiant virtutem cęleſtem, quamdiu fuerint in forma metalli aut lapidis, ſed cum figuram adeptæ fuerint vaporis tamdiu donec indurentur. Iſti autẽ vapores qui de metallis generantur maiorem ſimilitudinem habeant ſpiritualitatis, & maiorem obedientiam cœleſtem quàm alij vapores qui de gemmis generantur, ſequitur metalla plures habere virtutes cęleſtes quàm gemmæ.

DEMOGORGON. Quis huius rei nos redit certos?

RYMVNDVS. Gemmæ ſunt propinquæ in ſubſtantia elementis, & ipſarum materia prima, & qualitates primæ elementales parum alteratæ ſunt, aut tranſmutatæ à prima natura ſua, præterea coagulauit natura gemmas paruo artificio, & indurauit ipſa cum diaphanitate & perſpicuitate ea quam habebant in ipſarum materia prima fumoſa, & quamuis habeant duritiem & virtutem hanc ex duritia ipſorum, nihilominus ſe præſeferunt tamen virtutem aliquam cęleſtem,

ſtem, quòd metallis non idem euenit: nam antequam hæc recipiant formam metallicam, requiritur longiſſima tranſmutatio contemperantia metallorum & purgatio, & tranſmutatio ſulphuris, argenti viui, ſalis, & aluminis, & harum rerum longa decoctio. Lapides vero pretioſi quamuis multum durabiles ſint, hoc tamen à multa quantitate humidi radicalis viſcoſi non aſſequuti ſunt, quod ſtrictim, & quàm arctiſſime ligat & compingit in ſimul partes, ipſorum, participant enim ei in parua quantitate, propterea facile triturantur, nam ea potius cauſata eſt à frigiditate congelante, ex qua per naturam paruo labore indurati ſunt: frigidum autem congelando claudit poros, & in ipſa ſubſtantia intrinſece conſtringit calorem naturalem, adeo vt calor aeris ipſam aperire nequeat aut corrumpere. Ignis vero calor vehemens qui metalla quædam corrumpere poteſt, ipſorum humidum radicale non poteſt corrumpere, cum fortiſſime commixtum & vnitum ſit cum ſicco terreſtri ſubtili & digeſto, hoc eſt cum ſulphure & argento viuo, cum quibus duobus hæc medicina ſit incorruptibilitate, & virtute omnia ſuperans.

DEMOGORG. Marſilius Ficinus eorum opinionem reprobat & falſam eſſe affirmat, qui tradunt materiam auri intrare poſſe complexionem humani corporis, aut ipſi aſſimiliari poſſe aut in potabilem ſubſtantiam conuerti, cum oportet ipſam prius conuerti, & tranſmutari in ſanguinem, poſtea vero in carnem, quod impoſſibile eſt propter ipſius duritiem: cum igitur medicina hæc ex auro fieri non poſſit, multo minus poterit ex metallis reliquis fieri.

RAYM. Equidem concedimus metalla exiſtentia & permanentia in ſubſtantia metallica, etiam ſi aqua vitæ quàm maximè ſubtilientur, nullam tamen penitus affinitatem aut conuenientiam aliquam adipiſci propinquam carni humanæ, niſi corrupta prius forma dura & redactis ad ipſorum primam materiam ſuf-

ſicienter purificatam & digeſtam. nam ſic acquirunt hanc affinitatem, & conuenientiam cum corpore humano, quam etiam cæteri cibi, & medicinæ præſeruatiuæ poſſident, quas tamen hæc longe præcellit in virtute.

DEMOGOR. Iam ex verbis tuis intelligo, humidum iſtud radicale & materiam primam ſoluendam & diſtillandam eſſe.

RAYM. Verum dicis.

DEMOGORGON Quomodo autem ex iſtis metallicis aquis fieri poteſt medicina pro humano corpore, cum fœtidiſſimæ ſint & horribiles, corroſiuæ, & tam acutæ vt à Philoſophis pro veneno præſentiſſimo habeantur? Morienus Romanus de ipſarum odore loquens, comparat ipſarum fœtorem mortuorum cadauerum ſepulchris. Videmus quoque eas aquas quæ per metallicas venas fluunt, & in ipſis calefiunt, odorem ingratum acquirere: erit igitur medicina hæc multo horribilior & naturæ humanæ abominabilior. cum ſubſtantia ipſa metallica fuerit in aquam conuerſa.

RAYM. Quemadmodum fructus in principio æſtatis acerbi & auſteri ſunt, quod ſufficientem decoctionem & digeſtionem nondum habuerint, & continue attrahendo humorem ſufficienter maturari non poſſint & dulcorari, niſi multo calore totius æſtatis decoquantur & digerantur, vt fiant dulces & odoriferi. idem euenit medicinæ noſtræ extractæ ex terra metallorum; nam & hæc ante ſufficientem digeſtionem & decoctionem fœtida eſt & horribilis, & antequam vapores ab ipſa aſcenderint per decoctionẽ, non poterit dulcorari, ſed vaporibus coagulatis & ſufficienter decoctis mirabilem ſuauitatem & dulcedinem acquirit: propterea dixit Arnoldus in Roſario, dulcorabis amarum, & habebis totum magiſterium.

DEM. Eſt ne indicium aliquod ex quo cognoſcam medicinam hanc iam eſſe finitam?

RAYM.

RAYM. Ioannes de Rupeſciſſa tradidit, quod & nos affirmauimus videlicet duo eſſe ſigna ſiue indicia certa, quibus cognoſcitur medicinam hanc iam perfectam eſſe, & finitam. Primum eſt hoc, ſi ponamus vas in quo hæc medicina incluſa eſt in angulum aliquem domus, & pro miraculo, & quaſi inuiſibili obſtamine eo pertrahantur & alliciantur omnes, qui domum illam ingrediuntur: alterum verò eſt ſi ponamus iam dictum vaſculum ſupra verticem turris, vt ipſius odor attrahat & congreget omnes aues quæ eam odoris ſuauitatem percipiunt, ſunt autem hæc certiſſima indicia medicinam iam finitam eſſe, & omnino completam.

DEM. Quid voluit Ioannes de Rupeſciſſa his verbis ſignificare?

RAYM. Per turrim intelligimus fornacem in angulo domus poſitum, in quam vitrum, quod materiam noſtræ medicinæ continet, decoquendum ponitur: per intrantes vero domum iſtam & per aduolantes aues ſignificantur ſpiritus & vapores illi qui virtute caloris ſurſum feruntur ac aſcendunt in altum per collum longum vaſis ſiuæ bocciæ, qui cum figuntur, & amplius non aſcendunt, indicium eſt ipſarum humiditatem aqueam iam conſummatam, & materiam dulcoratam, & medicinam finitam eſſe. Non debes autem dubitare ſuper hac interpretatione, nam & Raſis eandem ſententiam tenet, nam veteres vſi ſunt varijs nominibus, ſimilitudinibus, figmentis, fabulis & ænigmatibus, vt hanc diuinam ſcientiam occultarent, ne facile ab aliquo perciperetur, quod etiam nobiſcum affirmat Ioannes Picus Mirandula in lib. de dignitate hominis, cum dicit veteres conſueuiſſe res diuinas altas & ſublimes ſub velo multorum ænigmatum & fabularum poeticarum deſcribere.

DEM. Poterit autem Medicina hæc ſanare omnes morbos curabiles.

RAYM. Diximus ſuprà, medicinam hanc in ſupremo gradu & ordine primo conſtitutam. Cum enim di-

diuerſi gradus ſint medicinarum curatiuarum, quædam longius ſeſe extendunt in virtute curationis, quædam vero minus non ſolum in curando, ſed etiam præſeruando corpus à multis ac varijs infirmitatibus, & vt corpus humanum à corruptione conſeruent. Videmus enim ſubtilem ſubſtantiam et formalem in quantitate, et materia ſubmerſam non poſſe exercere ſuas virtutes niſi quanto magis ſpiritualis et formalis, et à materia ſeparata fuerit et à quantitate remota, tanto plus ſuam virtutem extendat vt operetur varios effectus. Noſtra vero medicina cum compoſita ſit ex ſpiritibus ſubtilioribus et materia ſimplici et quaſi ſeparata ab omni materia elementali propterea facile poterit ſine impedimento vires ſuas in omnibus infirmitatibus quæ curam recipere poſſunt. Nouimus item omne agens virtutem habere operandi ſecundum propinquitatem & ſimilitudinem cum qua participauerit, cum primo actiuo; primum vero et vniuerſale agens corporeum et ſimplex corpora ſunt cęleſtia, quæ vt vniuerſalis cauſa ſe extendunt ſuper omnes res, inferiores. Cum vero medicina noſtra propter ſubtilitatem ſuam et puritatem incorruptibilitatemque ſupra omnia corpora maximam propinquitatem et ſimilitudinem habeat cum cœleſtibus corporibus, à Philoſophis Cœlum fuit nuncupata et quinta eſſentia: poterit igitur præ ceteris rebus corporeis inferioribus omnibus tanquam medicina vniuerſalis omnes curabiles morbos et infirmitates curare, non tantum illas quæ ad Phyſicum pertinēt, ſed etiam iſtas quæ Chirurgi manum requirunt. Tradunt etiam Medici medicamentum Hieræ picræ ſingularem habere virtutem attrahendis humoribus à capite, collo, et pectore, et non ab aliis membris inferioribus, propterea quòd hoc medicamentum generatum ſit per virtutem quarundam ſtellarum quæ influentiam habent ſupra caput, collum, et pectus; vt ſtella Arietis, Tauri, et Gemini. Idem āſſerunt de cæteris medicamentis, quæ humores trahunt ex pedibus, coxendice, et tibiis; quia ſpecialem quandam virtutem hæ medicinæ

næ nactæ ſunt, et certum influxum quendam ſuper membra hæc inferiora ſcilicet ſtellæ Capricorni, Aquarii et Piſcium. Metalla vero recipientia eſſentiam, nomen, numerum, colorem, virtutem et proprietatem planetarum ſingularem, omnes vero planetæ habeant influentiam et virtutem ſupra totum humanum corpus, et his metallis noſtra medicina generatur, habebit, et hæc virtutem ſupra totum humanum corpus, et aquæ thermarum ſi habent virtutem ſanandi plures infirmitates, ea de cauſa quòd ferunt ſecum tranſeuntes per metalli vena virtutem quandã metallicam, habebit nimirum ipſa ſubſtantia metallica maiorem vim in potabilem formam conuerſa. Cum autem ſecundum opinionem Philoſophorum veterum ſingula metalla ſecundum ſimilitudinem, virtutem, nomen, colorem, et proprietatem in omni metallo ſunt compræhenſa, vt aperte demonſtratum eſt in lib. expoſitionis librorum Gebri, Igitur et hæc noſtra medicina quamuis ſolummodo ab vno aliquo metallorum extracta fuerit habebit tamen nihilominus virtutem omnium metallorum et planetarum et virtutem ſuper totum corpus humanum ſanandi plures infirmitates curabiles. Idem voluit ſignificare Ioannes de Rupeſciſſa de humiditate noſtra radicali loquens, et de quinta eſſentia ſub nomine aquæ vitæ: dicit enim aquam ardentem bonam in ſe continere omnium metallorum virtutem, et non aquam eſſe vitis, ſed vitæ, quia vitã hominibus donet.

DEM. Quamuis iſtæ rationes ſatis prudenter et argutè adductæ ſint nihilominus apud me perſuaſum habeo, vnam medicinam ſimplicem omnes infirmitates minime poſse curare, præcipue vero hac de cauſa, nam infirmitates contrariæ (vt Medici aſſerunt) medicinis curantur contrariis, cum vero qualitates contrariæ in vno ſolo ſubiecto non poſsunt eſse, mihi plane impoſſibile videtur vnam medicinam plures infirmitates poſse curare. Tradunt præterea Philoſophi, ex vna ſola re præter vnum effectum ſolum non cauſare: igitur neque vna ſola mediciua plures morbos curabit.

RAYM.

RAYM. Vna ſola res ſimplex facit plures effectus contrarios ſecundum naturam diuerſam et diſpoſitionem recipientis. Videmus enim ſolis calorem diuerſum operari effectum, cum lutum deſiccet, ceram autem liquefaciat, cum tamen hi effectus contrarij ſint ex vna ſola operatione. Quamuis igitur noſtra medicina res vna ſola ſit, et forte vnam ſolam operationem habeat, nihilominus ſi conſideramus magnam illam ſimilitudinem quàm cum omnibus rebus cœleſtibus habet, videmus ipſam aptam ad recipiendum plures virtutes cœleſtes. Cum etiam ab omnibus elementis extracta ſit, dicimus ipſam habere virtutem et qualitatem omnium elementorum propterea multiplicis eſse virtutis et operari eam poſse varios effectus contrarios.

DEMOGORGON Oſtende mihi nunc huius artis praxin.

RAYM. Lege expoſitionem noſtram libror. Gebri, nam ibi et materiam et praxin diſtinctè et clarè deſcriptam inuenies.

DEMOGOR. Maximas tibi gratias ago pro tanto in me collocato beneficio ex tua ſingulari liberalitate, et humanitate, et tu valebis interim.

FINIS.

MI-

MINERA PHILOSOPHORVM

Breuis Libellus Incogniti Authoris, in quo tamen multa quæ in tot Libris Philoſophorum occultata ſunt ex Tenebris in lucem edita reuelantur.

CVm ignarus vulgus, et non pauci, ingenio, et non mediocri doctrina præditi de auri Philoſophorum minera tamquam de ridicula fabula ſæpe ſæpius loquantur, et antiquorũ, tàm Philoſophorum, quàm Poetarum Sapientiam irridere audeant, compaſſione motus eorum, quibus ob alienam cecitatem damnum maximum affertur, adeptus ego (Dei gratia cui laus in æternum) tàm prætioſi, et inæſtimabilis Theſauri fælicitatem, viam (ad mineram Philoſophicam) docere, et ſtudioſis, et bonæ voluntatis hominibus manum auxiliarem porrigere decreui, vt hoc meo Libello, tamquam face inter denſas tenebras huius tam prætioſæ et abſconditæ mineræ, vtantur, vt facilius, et ſecurius ambulare poſſint, et tandem ad centrum peruenire veritatis.

Primùm igitur, vt hæc ditiſſima minera inueniri poſſit, Mons eſt inueniendus, & cognoſcendus, in quo dicta minera reperitur; deinde ianua, per quam ſedulus inueſtigator ingrediatur in mineram, & ex illius profunditate aurum propriis manibus quantum libeat colligat, ad ſui, & pauperum vtilitatem.

Aduertite ergo, & arrigite aures ſtudioſi Tyrones. Philoſophia eſt illa Regio, in qua reperitur Mons ille altiſſimus, qui in ſuis obſcuris cauernis claudit, & ſeruat Mineram indeficientem auri noſtri, & hic mons propter ipſius maximam altitudinem non eſt tam facilis aſcenſionis, vt aliqui ſibi ſuadent, ſed magno labore, & ſudore, & vigilantia ad illum peruenitur. Inueſtiganda enim primo ſunt principia naturalia, ideſt elementorum naturæ, & illorum inter ſe conuerſiones, & quod in aqua ſunt alia tria Elementa, quæ tanquam ab ipſorum matre exierunt. Abiſſus enim aquarum in principio creationis Mundi continebat in ſe non ſolùm elementa omnia, ſed lucem, ex qua ſeparatis à Creatore aquis celeſtibus à terreſtribus, creatæ poſtea fuerunt ſtellæ, & Sol, fons vitæ vniuerſalis huius mundi. Aqua hæc, quæ inferius remanſit, & quam nos Mare appellamus, continet in ſe aerem, terram, ignem; aer, ſi rareſit aqua; terra, ſi exicatur; ignis, ſi ex terra quæratur, producuntur: & ex miſtione, & alteratione, & corruptione dictorum, omnia in mundo generantur mediantibus virtutibus ſeminalibus (quas Deus penè infinitas creauit) tanquam à proprijs, & particularibus agentibus, ad eſſe ſuum ſpecificum producta. Hinc colligite Sapientiæ noſtræ Inquiſitores, & ſupernaturalis noſtri Solis inueſtigatores, quod quidlibet generatur ex proprio ſemine ſuæ ſpeciei propagatore, veluti ex agente informante, & ex elementis, veluti ex paſſiuo materiali, vnde ſequitur, quòd non quidlibet generat quodlibet, ſed homo hominem, lactuca lactucam, & metallum metallum; quæ ſtultitia eſt ergo, quæ alta ignorantia Sophiſticę cæcitatis ex ſemine hominis quærere lactucam, ex ſemine lactucæ hominem, & ex ſemi-

eminibus hominis, ſeu lactucæ metallum? Non ne omnes Philoſophi vnanimiter aſſerunt, natura naturã continet, natura naturam gignit, natura naturà lætatur. Vos autem filij Sapientiæ, & humilitatis, à præſumptione & ſuperbia aborrentes, ſequimini me, & mecum ad excelſum Sophiæ montem aſcendite, quem vobis dixi poſitum eſſe in regione veræ, & nõ Sophiſticæ Philoſophiæ; Et, ſicut dixi quod in hoc monte non conceditur quidlibet generari ex quolibet, ſic vobis dico quod ab hoc monte videbitis, quod tãtum metalla generantur ex Semine metallico. In vertice ergo poſiti iſtius montis videbitis, poſt aſſiduam tamen, & profundam contemplationem, naturæ occultiſſimas operationes, & generationes rerum omnium vobis ante oculos apparebunt, quibus viſis, & cognitis nondum ſatis inſtructi eritis, niſi vos, vt promiſi, dirigam per rectam viam ad Ianuam noſtræ Mineræ Philoſophicæ, quam vobis ſtudioſi filij aperire libenter volo, cum non ſit facilis ad illam aditus, imò difficilis propter dumeta, & ſaxa ingentia, quæ impediunt, & indagatores ab ingreſſu prohibent;

Hæc Ianua, quam primam portam dicimus eſt veræ materiæ cognitio, circa quam tàm natura, quàm ars operatur, quæ materia cùm ab inuidis philoſophis tot; & ferè infinitis nominibus nominetur eſt tam difficilis inquiſitionis, vt Argi, vel lincis oculis opus ſit ad eam recognoſcendam: nos autem, qui ab Inuidia abhorremus & omnibus (dummodo indigni non ſint) benefacere cupimus, & in ſemitam rectam dirigere ex tota animi noſtri benignitate profitemur, Nos inquam reuelamus omnibus, qui hæc noſtra ſcripta legent materiam veram (principium lapidis noſtri) eſſe vnam, et eandem, qua vtitur natura in mineris, et verè abſq; æquiuocatione eſſe aquam põderoſam mineralem impregnatam ſubtili ſpiritu Solari, ideſt terreo igneo, quod proprio nomine dicitur Sulphur: quę aqua, ſine argentum viuum viſibile, & vulgare, eſt fœmina quam debetis coniungere dicto ſuo Viro ideſt Sulphuri

phuri

phuri (Aduerte hic, quod eſt omnibus viſibile, eſt vulgare.) Quod Sulphur metallicũ ab ipſa fœmina, ſiue ai gento viuo attrahitur, quia naturaliter appetit coire cũ ipſa, & prolem ſuam auream generare. Iſta verò aquá, quàm dicimus fœminam metallicam, & argentum viuum vulgare, in initio (Aduerte hic) eſt tam ardens in amore ſui Sponſi, vt numquam ab eo poſt primam coniunctionem velit ſeparari, et ſic propter magnam eorum vnionem meritò dicitur, Hermafroditus, id eſt in vnico eodẽ tempore duplicis naturæ maſculinæ, & fæmininæ inſeparabiliter coniunctæ, adeo vt inuicem continuo amplexu connectantur patiendo, & agendo vſque ad perfectam conceptionem, imò vſque ad horam partus, & prolis aureæ maturitatem, & perfectionem. Natura enim ipſius fæminæ, ſiue argenti viui mineralis à ſuo Viro ſeu Sulphure æquè minerali appetit congelationem, et Sulphur viceuerſa ab ipſa diſſolutionem, & corruptionem; diſſoluitur enim in coitu ſuo minerali agens noſtrum, vt in patientem fæminam emittat prolificum ſuum ſemen, quod cum ſit ſpirituale, emitti non poſset, niſi per corruptionem agentis, quòd per libidinem ſui, & ſuæ ſponſæ diſſoluitur, et puriorem ſuum prolificum ſanguinem in eius vtero effundit. Fæmina verò noſtra metallica gaudens in reciproco amore trahit, & amplectitur ipſum, & recepta ab ipſo in vterum virtute ſeminali, illam meliori modo, quo poteſt fouet, et nutrit, menſtrua puriſſima ſubminiſtrando vſque ad perfectam prolis generationem, quam in vtero geſtiens puriſsimo alit cibo vſque ad horam natiuitatis, et regij, partus perfectionem.

Patefacta Ianua noſtræ mineræ philoſophicæ, opus eſt modo vt ingrediamur in cauernas, et occultas dictæ mineræ concauitates in quibus cùm ob denſas tenebras ab inuidis philoſophis inductas parum, aut nihil videre, & obſeruare poſſint introeuntes, lumen pluſquam ſandiuogicum accendam in tanta obſcuritate, vt quantum poſſibile nobis erit

me.

(attenta naturæ reuerentia, quæ tàm occulte generat metallum, & tam præcioſæ artis dignitate) dies per nos illis clarior appareat, quàm vnquam alijs: vt per lubrica ſaxa, & profundas foueas ambulantes, dum quærunt fęlicitatem, in miſeriam non incidant, & irreparabile præcipitium; Aduertite ergo, & aperite oculos mentis ad quæ ſum dicturus. Introeuntibus vobis in mineram noſtram primo loco ſe offert ingens ſaxum, ſeù rupes altiſſima penè inacceſſibilis de qua antiqui Philoſophi parum, aut nihil loquuntur, cùm ipſa ſuperata, facilius valde ſit progredi ad vlteriora in dicta minera noſtra philoſophica; ſaxum iſtud ingens, ſeu ſcopulus primam pręparationem eſſe reuelamus, quæ pręparatio cùm ſit præcipuum artis fundamentum debet maxima diligentia perquiri, nam abſque fundamento domus aurea erigi non poteſt, & ſi in debili fundamento erigatur, ruinam abſque dubio patietur, & deſtructionem. Præparationis verò variæ ſunt viæ, ſed omnes ad vnam, & eamdem metam conducunt aliæ ſunt lõgiores, alię ſunt breuiores, quæ differentia oritur à maiori, vel minori artificum diligentia, & perſpicacitate. Finis enim huiuſmodi præparationis eſt hic ſolus, quod philoſophica noſtra materià rudis, & immunda, & nigredine eterogenea reple a, et mercuriali nimia leui volatilitate, purificetur, & aliqualiter fixetur; & tandem diſponatur ad ſuſcipiendam formam lunæ, & ſolis, quæ diſpoſitio, & præparatio oportet, vt ſemper dirigatur ad puriſſimam ſolis ſubſtantiam, ad quam tendit, & ad quam debet approximari, acquirendo proximam illi naturam, aliter eò magis diſtabit à perfectione completi Elixiris, ſiue auri noſtri ſupernaturalis exaltatione.

Accipe igitur mercurium, & ab impuritatibus, & nigredine pro ingenij tui viribus liberare eum ſtudeas; difficilimum enim eſt corpus ſuum inſtabile & alatum ad aliquam permanentiã, vt tibi ſeruire poſſi, reducere, vniuntur enim per minima in ipſo partes eterogeneæ, aquaticæ volatiles, & terreſtres, quæ volatiles partes

Z rapiunt

rapiunt ſecum terreſtres; nec ſine cauſa Poetæ antiqui alas capiti, & pedibus illius affixerunt, gaudet enim maximè quando euolat, & fugit, & non ſolum euolat, ſed vt dixi rapere, & furari gaudet deferendo ſecum diuitias, & Theſaurum incomparabilem, quod quæris. Tende igitur ne fugiat retia, & ingenioſa vincula, & impedias illum omnibus viribus ingenij ſapientiæ tuæ, ne fugiat, imò remaneat promptus ad tibi ſeruiendum in opere quod perficere deſideras, & vt hoc conſequaris docebo te magnum arcanum. Auelle à Buffone nigricantem, & ſubrufam pellem, & ex eius carne, & oſſibus extrahe liquorem ſplendeſcentem: liquor iſte eſt prætioſus, quamuis à vili, & immundo Buffone exprimatur, & conuertitur de facili in auem fulgidam aſtralem, quæ non euolat, & fugit, ſed expectat benignè vt de illa facias, quod cupis, & quamuis non habeat alas, volabit ad tuum libitum ſi alas illi ſubminiſtrabis, quibus appoſitis ſtatim ſe eleuat in altum, & ſi diligens, & oculatiſſimus non eris tam alta volabit, vt nunquam amplius poſſis illam aſpicere, aut tuis in manibus amplius habere. Cuſtodi ergo illam, quia ſine illa nihil b ni potes vnquam ſperare, & cautè obſerua illius naturam, quæ eſt fugitiua, niſi tu ſuauiter, & blandè illam retineas ne fugiat. Buffonem ergo ablue, & à ſtomaco ipſius aufer pituitam, & ſuperfluam humiditatem, & recipe ſolum (vt dixi) carnem, & oſſa, & ex his liquorem, ex quo oritur poſtea auis noſtra, quam diximus natam ſine alis, ad volatum tamen præparatam ad libitum tuum. Operationem hanc, quæ præparationis eſt pars præcipua, occultauerunt omnes ſapientes, cùm ſit poſt cognitionem debitæ materiæ principale, & neceſſarium fundamentum totius artis noſtræ.

Nos quoquè apertiſſimè loquuti non ſumus, at benigniori animo, humilibus, & intelligentibus ſtudioſis apertiorem, & planiorem viam, quod antiqui non fecerunt, demonſtrauimus: ſicut in ſequentibus

etiam difficultates huius admirabilis, & occultiſſimi operis facilius, & apertius explanabimus; & vt ſecurius in viam rectam ingrediaris, audi attentiſſimè, quòd ſum dicturus; Certum eſt quod quælibet materia reſpectu alicuius generationis, vel eſt remotiſſima, vel remota, vel proxima, aut propinquiſſima, & coniunctiſſimo gradu proximitatis ad formam, adeo vt ſit tam diſpoſita ad recipiendum formam, vt in momento in illa, generetur, & introducatur vita, ſeu actus, iuxta intentionem naturæ, ſeù artis: ex quo ſequitur, quod debemus materiam noſtram magis quam poſſumus diſponere ad formam auri philoſophici, ſiue lapidis noſtri; Natura enim nobis illam reliquit in ſuis mineris impuram, & remotam ab auri forma, remotiſſimam vero ab elixiris noſtri perfectione. Oportet enim illam ſublimare philoſophicè, ideſt ſubtiliare, nobilitare, illuminare tergendo, & excoriando illam, vt ad naturam ſolarem, & cœleſtem approximetur, & poſſit poſtea ad supremum regale, & prolificum ſtatum exaltari; ad quod conſequendum oportet illam cibis præcioſis, & illi conuenientibus cibare, & ſanguinem ſuum purificare, ne ægrotet, nam ſi illius ſanguis, vel pituità nimia, vel atrabili abundet, in morbum lætale ſtatim incidit, & moritur, ex cuius cadauere nil aliud niſi diſperatio tibi remanet, tuorum laborum, & expenſarum perditio; cautus ergo ſis, & prudens, & non nimis tibi, ſed in Deo ſolo Fidens, & in humilitate, & diligentia, & contemplatione tua; ſemper, & aſſiduò legendo, & relegendo libros; liber enim librum apperit, & quod vnus Author contegit, alius detegit, & ſic concordare Authores, patienter ſtudeas, & conſenſum illorum cum poſſibilitate, & voluntate naturæ coniungas, ad perfectam artis noſtræ cognitionem peruenies.

Superato hoc ingenti ſcopulo, & præparatione noſtra, philoſophico more, completa, in minera philoſophica opus eſt inuenire Furnum in ſecreto loco poſi-

tùm (ſed non tam difficilem ad inueniendum, ſicut materia, & illius difficilima præparatio) ad quem inueniendum viam facilem modò tibi demonſtrabimus. Furnus Philoſophicus nihil aliud eſt, niſi locus conſeruatiuus noſtri lapidis iam concepti, & in vtero matris ſuæ iam creſcentis, & vegetantis, qui locus debet eſſe proportionatus ad aſſeruationem compoſitionis embrionis, & excluſionem frigoris, & incluſionem caloris debiti fabrefactus, vt generatio incepta non impediatur, & ſucceſſiuè promoueatur; nam ſi calor frigus non excluderet, noſter tenerrimus infans periret, vel ſaltem tardiſſimè creſceret, & naſceretur, & ſic ante quam ipſe naſceretur, forſan vel tu, vel ſpes tua moreretur; at ſi calor ignis tui nimis intenſus feruеſceret, embrionem aureum adhuc tenerum, & volatilem, vel ſuffocaret, vel fugam illi, & alas ſubminiſtraret, adeo vt fracto carcere exiret, vt reditum illius numquam impoſterum expectare poſſes. Spiritus autem ſeparatus à corpore ſuo nunquam in corpus redit, niſi per nouam generationem hominis in vtero prægnantis mulieris. Sequere regulam Sapientis naturæ, quæ te recto tramite diriget, nec falſis documentis te illudet, quam ſi ſequi, & imitari ſcies, videbis Regium tenerum infantem creſcere fœliciter, & vegetare, & ſigna tibi colorum demonſtrare. Pulcherrimam enim modò ſcenam colorum tibi aperiam, quàm in tuo vaſe ſi rectè operatus fueris, tu quoque ſuo tempore oculis ſtuis admiraberis.

Primus enim color noſtri embrionis, eſt color, vel fuluus, vel ſubfuſcus lucidus inſtar picis liquidæ, quæ magis in diem ſucceſſiuè nigreſcet, & obſcurabitur, & ſic in eclipſi ſol noſter obtenebrabitur, donec luna recedat in coniunctione, ideſt humiditas, quæ operit, & tegit ipſius ſplendorem; Recedente verò aliquantulum humiditate, ſplendor, & calor noſtri ſulphuris aurei incipit dominari, & expellit noctem, & obſcuriſſimas tenebras, quæ per corruptionem, & dominium humi-

humiditatis exortæ erant, & clareſcit paulliſper materia philoſophica, ſicut in Cœlo ante ortum ſolis paulatim albeſcit inter tenebras noctis, orixon, quamuis Sol ſit diſtans ab illo, & radij ipſius fulgentes adhuc non aſpiciantur. In hoc tempore diſparebit auis, quem coruum appellant, fœtidus, & putridus, et ſuccedent illi volantes ſupra mortuum Coruum varij, et pulcherrimi aues diuerſorum colorum ſucceſſiuè apparentiū, ſicut colli Columbarum, vel caudæ Pauonum, nubes etiam, ſed albeſcentes, et in nubibus irim, et ſubinde pluuiales guttas eodem tempore conſpicies. Sol namque Cœli noſtri omnia hæc efficit in humiditatem, et terreſtreitatem agens, dirigendo, et attrahendo ad ſui naturam cruditatem menſtruali Sanguinis, et ſubtiliando, et liquefaciendo ſemetipſum tam in aquis inferioribus, quam ſuperioribus vſque ad ſui ipſius lauationem, et purificationem, et donec albus, et candida veſte ſic indutus refulgeat vt Luna; quem candorem cum videbis, ſcias pro certo in hac fulgenti albedine ineſſe abſconditam ſolis noſtri rubedinem fulgētiſſimam. Antequam verò ad hanc noſtræ Lunæ apparitionem, et exaltationem peruenias, videbis Lunam noſtram diminutā lumine in ſuo nouilunio, ſemper tamen creſcentem per aliquot dies, ideſt menſes, vſque ad plenilunium; quo viſo non erit oppoſitio ſolis in noſtra ſphera, ſicut in cœleſti accidit ſphera, ſed coniunctio erit in hoc plenilunio philoſophico. quæ numquam diſſoluetur, ſed magis, atque magis fortificabitur vſque ad ruborem, in qua rubedine Sol illuminat Lunam ſuis radijs, et ſuo calore viuificat igneoque fulgore rutilare facit. Sed ad hanc fulgentiſſimi noſtri Solis meridiem non peruenies, niſi prius noctem ideſt nigredinem aſpicias, inter cuius tenebras Aurora conſurgit, et ſerenus dies ſpirante ſemper fauonio, et nubes diſſipante. Ventus enim hic naſcitur è noſtra Terra, et ſpirat ſupra mare, et placat tempeſtates, et procellas, ſed caue ne ab ipſa Terra, noſtroque mare exeant aquilonares, vel auſtrales vehe-

mentiores venti, quia non ſolum nubes, et tempeſtates maris non diſſipabunt, ſed terram commouebunt, et Cœlum noſtrum, et ſydera cum totali mundi noſtri ruina, et deſtructione; ſi è contra vigilans eris, vt venti, et vapores à fundo, et ſuperficie maris ſuauiter ſe attolant, Zeffiruſque ſemper in noſtro aere regnet, ſerenitatem, ſemper in noſtro Cęlo videbis, et ſi aliquando nubes appareant erunt lucidæ cum Iride ſæpè coruſcantes, et ſic pacem tibi annunciantes; in iſtis enim vaporibus, et Zeffiri aura includitur ignis mineralis, qui vapores ipſos, et noſtrum incluſum aerem dirigit circulando, aliquando aſcedendo, aliquando deſcendendo ad inſtar roris in magna hac mundi Sphera, qui de die ad Cœlum aſcendit inuiſibiliter, de nocte autem inuiſibiliter in Terram deſcendit, et prata, et herbas madefacere, et vegetare facit: noſter autem vapor aſcendit à Terra, et mari noſtro, ideſt à Mercurio noſtro ad vaſis cacumen, et ab hoc in guttas conuerſus recidit, et denuo aſcendit, vſque ad complementum, et noſtri elixiris perfectionem: Omnes enim Philoſophi in circulatione, et perfectione, et perfecta elementorum noſtrorum vnione totam artem repoſuerunt, nam ſi elementa, ideſt Terra, et aqua, quæ viſibilia ſunt, vnum in alterum non conuertantur, et fiant vnum, inutilis eſt, et ſuperuacuus labor; Terra enim, et aqua in aere, et igne ſubtiliari debent, et purificari, et cœleſtificari, et ſic æternam vim et naturam adipiſci, quam poſt maximam inter ſe pugnam acquirent, quia in Theatro noſtro vitreo incluſa elementa, vnum aliud vincere appetit, reciprocè que ſe ſe aggrediuntur, vincunt, et vincuntur ad inuicem, donec ad æquales vires omnibus perductis fiat pax, et vnio contrariorum, et inter terram, aquam, aerem, et ignem, admirabilis, et æterna connexio.

Ignis tamen tanquam ceteris qualitate, et dignitate nobilior regnat aliquo modo ſuper alia tria, ſed ſemper in pace, et indiſſolubili concordia, et habet excellentiam primitatis naturæ, non potentiæ ſuper alia tria, cum

quibus

quibus ſtrictiſſimo amicitiæ nodo coniungitur: Nam ſi hic ignis, id eſt anima, ſeu Spiritus auri non reduceretur ad perfectam vnionem cum tribus alijs elementis inuiolabilitatem, et æternitatem nunquam conſequi poſſet, ſed cum diſcordia elementorum, per ſuam potentiam compreſſa eſt, tunc aurum in ſua immutabili, et Sereniſſima maieſtate quieſcit tanquam potentiſſimus Rex, et Dominator huius mundi. Omnes aliæ creaturæ tam minerales, quàm vegetabiles, et animales viuunt, et conſeruantur, propter hanc concordiam, et temperiem Elementorum, ſed diuerſimodè in ſuis naturis reſpectiuè viuunt, et conſeruantur; quia cùm non ſit in illis introducta vnio perfecta elementorum, viuunt, et conſeruantur ad tempus, et vſque quo ſpiritus, animæ, et corporis vnio non diſſoluatur ab impuritatibus eterogeneis corporum ipſorum, quæ corpora cum non ſint per minima coniuncta, et vnita perfectiſſima vnione, ſpiritus, et anima retinent ſemper in ſuo ſinu, et compoſitione aliquas partes fœculentæ naturæ, quæ contraria eſt puritati ſpiritus, et animæ, quæ fœculenta, et obſcura natura ſi vires acquirit in compoſito, et creſcit in excedentem diſſimilitudinem, ſtatim extinguit ignem, ſeu calorem naturalem cœleſtem purum, qui dat vitam, et actum, et conſeruat omnia ſublunaria, quæ generantur in Mundo. In auro vero nō reliquit natura partes eterogeneas, et fœculentas, et impuras, ſed ſublimauit illud ad cœleſtem naturam, et Solarem ſubſtantiam æternitatis, et perpetui ſplendoris participem, adeò vt Sol terrenus meritò dicatur, cùm ſemper indeficiente luce refulgeat, & obnubilare illius fulgidam vitam nequeant elementorum craſſorum impuritates contrariæ, & pugnantes, ſed redactus ad vnam ſimplicem, & concordem inſignitam naturam, viuat abſque timore contrariorum in æternum. Hinc ſtudioſi filij elicite, quod debetis exaltare, & ſublimare materias veſtras à fœcibus, & impuritatibus eterogeneis, quæ turbant, & obſcurant chaos Philoſophicum noſtrum, & ex

confuſa aquarum mineralium mole eluere, & ſeparare aquas celeſtes, & puriores, quæ in centro dicti Chaos inuiſibiles includuntur. Moiſes ait, quod Creator Dominus diuiſit aquas ab aquis in creatione mundi: ſic vos non Domini, vel Creatores, ſed tanquam Imitatores naturæ primæ, & ſecundæ Auxiliatores; debetis diuidere aquas ab aquis, vt lux incluſa appareat, & quod eſt occultum fiat manifeſtum; ſicut præcipiunt omnes Philoſophi. Poſito ergo noſtro Philoſophico Chaos, ſtudete filij ab ipſo extrahere lucem, quæ lux nihil aliud eſt, quam Sol noſter, qui albus & nitidus oritur in Orizonte Emisferi philoſophici. In Aurora verò ipſius cautè procedatis ne nubibus obſcuris, & nimis pluuialibus abluatur, & æclipſetur, aliter non poterit ad altum aſcendere meridiem, vbi vltimum gradum ſui caloris, ſplendoris, & Solaris prolificæ poteſtatis adipiſcitur; Aurora enim ipſius in principio ſuæ natiuitatis ſupra mare rubrũ apparet, in qua Aurora nõ fugiunt Sydera à Cœlo noſtro ſicut in ortu Solis Cœleſtis in magna Cœli Sphera, ſed magis lucida apparent noſtri Cœli Sydera: quæ corpora aſtralia ſunt, fundamentum, & partes conſtitutiuæ Solis noſtri naſcentis, qui poſtea nihil aliud eſt, quam purior, candidior, & fulgentior pars dictorum aſtrorum per oculatiſſimum, & ſapientis artificis ingenium, ad lucidam auream, et Cœleſtem Solarem naturam exaltata. Si itaque aſtra hæc in firmamento, ſeu sphera Chriſtallina tua conſpicies, gaude, quia ſua Luce non ſolum oculos, ſed intellectum tuum illuminabunt, & te conducent tandem ad cunam Regis naſcituri; Sequere ergo illa oculis, & contemplatione, & caue ne diſpareant ab oculis tuis, quòd facilè accidet ſi illa non liberabis à circumſtantibus tenebris, & igne, vel frigore nimio auderes calefacere, aut refrigerare, quibus de cauſis ſtatim euaneſcerent, & extinguerentur, calore ergo temperato vtaris, quia natura dictorum aſtrorum eſt Mercurialis, & præcipuè quando ſe coniunguntur cum ſuis primordialibus cau-

ſticis

ſticis aquis ſublimatis, tunc enim non ſolum habent mercurialem naturam, ſed ſunt ipse Philoſophicus Mercurius in vi a tamen ad maiorem perfectionem acquirendam, qua acquiſita coagulatur, & acquirit potentiam, & vires diſſoluendi corpora Solis, & Lunæ; nam eſt amicabilis illis propter Spiritorum vtrumque vniformem, & corporum materiam non disſimilem, adeo vt cum libidine, & amore naturæ correſpondentis, ſe complectantur, & diligant, & ſtrictisſimè coniungantur, quæ coniunctio addit vires corporibus perfectis, excitat virtutem Seminalem in eis ad generandum ſibi ſimilem, ideſt aurum, & argentum. Quando enim Lapis noſter eſt ad perfectionem redactus ſtatim generat aurum in materia diſpoſita ad Solarem formam, quæ eſt vltimus finis naturæ, ſed non artis, quia ars noſtra non ſolum aurum, ſed aurum prolificum producit; & ſicut natura in ſua minera generat aurum, ſic ars noſtra in ſua minera philosophica vlterius progrediendo producit Lapidem auriferum philoſophorum, qui poteſt generare, & informare alia corpora perfectisſimâ formâ ſolari. & ſi natura generat corpus perfectum, infœcundum tamen generat, & Eunucum, Ars verò generat in ſua minera corpus perfectius fœcundisſimum ſpiritu ſeminali abundans, adeo vt poſſit quaſi in momento generare aurum, quod natura longisſimo tempore in ſuis Mineris perficit; & ratio eſt, quia natura non intendit producere formam ſeparatam Auri, ſed tantũ Aurum; Ars vero intendit, et valet producere formam, & Spiritum auri ſeparatum à corpore auri, & incluſum in Subtiliori, & puriori corpore, quod corpus eſt de natura Spiritus: imò tam ſpirituale, vt ſtatim penetret, & informet materiam diſpoſitam, ſicut ignis, qui approximatus pulueri fulmineo ſtatim illum ſua forma ignea informat, & ardere facit in ictu oculi, quod in ſp temporis vis facit materijs non diſpoſitis, & hu nam Spiritus noſter aureus, qui in Lapide continetur, eſt verè ignis cœleſtis, qui Mercuri

metallorum approſſimatus, ſtatim illum informat; cùm ſit materia diſpoſita, traſmutando illum in ſuam igneam fulgidam naturam, & excitando ad actum, quod erat in propinquiſſima potentia, & ſic lux inuenit lucem, & vita vitam, benè ergo dicunt Philoſophi quod corpus debet reduci in Spiritum, & hic Spiritus in corpus ſpirituale, tamen (obſerua hic bene) nam ſi corpus Lapidis non eſſet ad ſpiritualem, & igneam naturam exaltatum, non poſſet penetrare, & ingredi in corpora metallorum, & ad ſuam naturam aſſimilare, ſicut videmus quod puluis ſiccus, & arena nō penetrat, neque poteſt viuificare terram ad germinationem; pluuia verò, & aqua cùm habeat corpus magis ſubtile, & ſpirituale penetrat, madefacit, viuificat, & germinare facit ſe introducendo ſubtiliter in viſceribus Terræ, & illam fœcundando, & informando ſpiritualitate ſua; in vniuerſa enim natura videmus quod omnia compoſita generantur, & creſcunt, & viuunt per Spiritus, qui ſi non ingrediuntur, & penetrant materiam, non introducunt vitam: ſi egrediuntur, relinquunt corpora mortua, et priuata omni actualitate, & in Cadauera fœtida, & deformia traſmutata. Spiritus ergo aureus à nobis eſt quærendus, & extrahendus ab auro, vt introducamus auream vitam in Corporibus, aliter corpora metallica numquam informabuntur, ſpiritu auri, niſi ſpiritus defferens animam auri in illa ingrediatur, & illa penetrando perficiat, et quo magis Spiritus ſunt ſubtiliores magis ſunt penetratiui, & propagatiui fructuum ſuæ ſpeciei (et hoc pertinet ad multiplicationem Lapidis noſtri) nam ſi vis illum multiplicare in virtute ſua generatiua debes magis ſubtiliare Spiritualem noſtri Lapidis ſubſtantiam, & per nouam ſublimationem, & exaltationem ſuorum [Spi]rituum, ſpiritualiorem naturam producere, vt [magi]s actiua, et penetratiua ſit, & ſuis radijs ſubtilimis, [et ful]gidioribus illuminet vitam corporum, idest [Mercu]rij, qui in metallis imperfectis, imperfectus, & [lepr]oſus continetur, & quaſi mortuus reſpectiuè ad

ad vitam Auream, quam poteſt acquirere, & propterea impropriè, immeritò dicitur ab aliquibus argentum viuum, et ſic nomine argenti viui nominatur tantum habito reſpectu ad motum localem, non autem ad formam intrinſecam ſubſtantialem, quia Mercurius noſter ſolus dici poteſt meritò argentum viuum, cùm habeat vitam, & Spiritum, & poſſit viuificare aurum, et potentem reddere ad producendũ, & generandum ſibi ſimile in materijs diſpoſitis, idest in omnibus metallis imperfectis, quòd ſi per noſtrum verum argentum viuum, quod originem habet à Sole celeſti non viuificaretur Sol Terenus: certè aurum, ſolum impotens, & infœcundum, maneret abſque prole, ſicut Spado, qui membra genitalia non habet. Spiritus ergo hic noſtri Argenti viui coniunctus cum auro eſt verum fundamentum totius artis noſtræ, & qui ſine illo laborat in minera Philoſophica; abſque muliere fatuus credit poſſe filios generare, quod eſt verè ridiculum. Stude ergo filij, e profunde cogita ex qua re propinquius poſſis extrahere hunc Spiritum, ſeu fœminam diſſolutiuam Auri, non enim facilè inuenies niſi Sol ipſe te illuminet, indicando tibi ſuum Spiritum, quo viuificat, & omnia conſeruat in hoc Mundo: & hic Spiritus propriè dicitur anima vniuerſalis, quæ in ſua vniuerſalitate omnium compoſita eminenter continet, et circulariter producit, ſpecificando ſe in girũ in omnibus rerum ſpeciebus ſecundũ varia ſemina, quorum intentioné obediens ſequitur ſec undũ intentionem Creatoris. Hanc verò animam vniuerſalem, quam vicariam Dei credimus; dicimus abſque dubio nil aliud eſſe, quàm igneum vigorem ſolarem, ſeu Solis Spiritum à Corpore Solis mediantè luce per vniuerſum diffuſum, ex quo ſpiritu vitali omnia viuunt, creſcunt, & multiplicantur. Spiritus enim hic eſt tam ſubtilis, & ethereus, vt omnia penetret corpora ſublunaria, & vsque ad centrum terræ perueniat animando, & informando mineralia vegetabilia, & animalia], & ſecundum naturam eorum infundendo illis proprietates

ſpe-

ſpecificas, & indiuiduales, & conſeruando illa ſecundum complexionem naturæ eorum breuiori, vel longiori tempore in ſuo actu vitali. Stude igitur fili, vt poſſis ſpiritum hunc, ſeu flatum Solis in Carcere ponere; nam vt Hermes dicit, portauit illud ventus in ventre ſuo; & poſtquam illum in vinculis, & carcere habebis, aduerte quod non fugiat propter moleſtiam inimicorum ſuorum; qui ſecum venerunt in carcerem: ſunt enim inuidiæ, & malignantis naturæ, & nobilitatem ſplendoremque Solaris Spiritus, occultare non ſolum, ſed inficere, & obſcurare gaudent, cum ſit eorum natura tenebroſa, & fœculenta, & contraria huic Spiritui, qui cum Sereniſſimus ſit, & ex nobiliſſima, & regali progenie natus non libenter patitur dominium ſupra ſe plebis elementaris, ideſt immunditiæ elementorum; cupit enim liberari à dicta fœce, & elementorum craſſitie, et regis veſtibus exornari, ideſt biſſo, et purpura, quia albedo eſt imago lucis, et purpura lucis fulgentiſſimæ: propterea Rex hic noſter potentiſſimus iſtis gaudet coloribus, et quando non reſidet in trono excelſo maieſtatis ſuæ, et cum tota ſua pompa non incedit, neque ſuam potentiam demonſtrare vult, tunc veſtibus albis vtitur tantùm, nec licet tunc ſuis aulicis alia veſte, quam alba exornari; Fœlix tamen ille, qui hunc Regem aſpicere poteſt albis veſtibus et omnem ſuam regalem potentiam exercendo, toti Mundo dominari; Sed vt ad tantã deueniat poteſtatem neceſſe eſt, vt à Philoſophorum ſapientia ad tronum regium euehatur, et regali non ſolùm, ſed prolifica potentia corroboretur, quia numquam filios procrearet, et ſolum remaneret, et ſterilis niſi Philoſophus in Lectum coniugis ſuæ regalis ſapienter poneret, et veluti naturæ Sacerdos inſigne matrimonium, occultis tamen cœremonijs, celebrare, ex quo matrimonio omnis, et præcipua illius dignitas, et potentia dependent: ſed difficilimum eſt hoc coniugium ad finem deducere at tu fili mi ſtudioſe ingredi modò interius in hanc mineram Philoſophicam, quia tibi omnes difficultates,

quæ

quæ impediunt dictum matrimonium pro corona huius noſtræ Philoſophicæ reuelabo.

Prima difficultas eſt quod ſponſa noſtri Regis non finit ſe videri ab hominibus, et in obſcuris cauernis habitat lucidis aliquantulum, ſed laceris veſtibus induta ne furibus, et malignæ et tirannicæ voluntatis hominibus innoteſcat, adeo vt vix Philoſophus eam cognoſcere poſſit, qui eam tamdem inuenit per maximam et aſſiduam contemplationem cauſarum naturalium, qua mediante eleuat ſe ad illius perfectam cognitionem.

Secunda difficultas eſt quod non ſufficit illam cognouiſſe, ſed opportet illam ſpoliare veſtibus ſuis quamuis aliquantulum Lucidis, tamen ſordidis, et nimis inconuenientibus tam nobili, et præclaro Sponſo, et hæc expoliatio eſt difficilis, cùm Virgo iſta obſtinata, et parum inclinata ad ſe lauandum, potius gaudeat immunditijs, et fœcibus abundare, quam ſe mundare, et gemmis ornare, & quamuis interius ſubtùs veſtis ſit pulcherrima, amat tamen rubiginem & immunditiam, quæ illam inficit. At ſi in Philoſophum incidit ſapientem, blandis præcibus, et aliquando verberibus cogit illam tandem ſe mundificare, gemmis ornare, et pulchritudinem ſuam abſconditam demonſtrare: gaudent enim Philoſophi penetrare arcana recondita naturæ, qua propter pulchritudinem iſtius virginis mineralis ab ipſa occultatam anxiæ quærunt, et inuentam tandem ſibi inſeruire faciunt.

Tertia difficultas eſt quod hæc virgo eſt delicatiſſima, et debiliſſimæ complexionis, adeo vt non patiatur, neque frigus, neque magnum calorem, quia in frigore infirmatur ſtatim, et motum, et quaſi vitam perdit, in magno autem calore affligitur, et ſudore nimio fugiendo euaneſcit, et moritur.

Quarta difficultas eſt, aptam illam reddere ad recipiendum ſuum virum in ſinu ſuo, quia quamuis illum ſummoperè amet, tamen non facile patitur ſe ab illo comprimi, e deflorari: at ſi nudata fuerit per

Phi-

Philoſophi induſtriam , et cum nudo ſuo Sponſo in nuptiali talamo repoſita, ſtatim illum ardentiſſimè et ſuauiter ampleƈtitur, nec ab illo ſeparatur donec concipiat , et pariat filium in hoc Mundo omnipotentem ideſt noſtrum Philoſophicum lapidem potentem ad generandum, et multiplicandum argentum, et aurum in infinitum.

Quinta difficultas eſt in menſibus in quibus vterus eius grauatur, cibum, et potum conuenientem illi adminiſtrare, et præcipuè cauere, ne nimium bibat, et ſuffocetur à ſuperflua humiditate, ſed diligentiſſimè illi quantum ſufficit potum ſubminiſtrare, et quoad ſolidum alimentum ad regulam proportionis, et conuenientiæ illam cibare, nam ſi commederet plus quam requirit ipſius compleſſio, ſtatim in ſuo ſtomaco exiccarentur alimentitij roris guttæ, et digeſtio perfeƈta non fieret; quia ſiccum parum, vel nihil euaporat, et digeſtio per euaporationem perficitur.

Sexta difficultas eſt, horam partus cognoſcere, ne ſi nimis infans in vtero moram faceret, moriatur; qui Infans niſi in hora ſua determinata a natura exeat à Matris ventre, et lucem hauriat miſerabiliter extinguitur, et ſui deſiderium tantùm, inſpetto artifici relinquit.

Septima difficultas eſt natum infantem debito modo in ſua cuna vitrea ponere, et conuenienter calefacere, ideſt igne nutrire validiori, vt robuſtior fiat imò inuiƈtus in igne, vt rubicundo veſtiatur colore ideſt regali purpura, qua induta Rex poſtea in ſuo trono potentiſſimus coronetur. Hæ ſunt in via ad Regnum ſapientiæ difficultates, quæ tamen fili mi non adeò te teneant vt operæ ceſſando vileſcat animus tuus, nam ſi humilis eſt, et ſapientiæ venerator , et fortis difficultatibus, et laboribus , et ſi Iuſtitiam, et beneficentiam ex corde diligis, viƈtoriam, et triumphale gaudium cum fœlicitate maxima reportabis: omnia enim in hac noſtra minera philoſophica habes quæ neceſſaria ſunt ad inueniendum, deſponſandum, et coronandum Regem

ideſt

ideſt ad perficiendum noſtrum admirabilem, et pluſſquam regia poteſtate inſignitum lapidem Philoſophorum, quem nobis Dei gratia tibi quoque apertè, et ſincere demonſtrauimus, exceptis paucis quæ non licet detegere omnibus, quæ tamen ſapientiæ tuæ ſi naturam reuerenter, et aſſiduè ſcrutaberis reuelauimus, ad gloriam Dei Creatoris, cui ſit laus in æternum.

OPV-

OPVSCVLVM SECVNDVM

RADIVS AB VMBRA.

SIVE

Reſtrictus Theoricus.

De multiplicitate Nominum cum quibus Philoſophi velant materiam, & quid ſit materia Philoſophorum.

AVCTORIS ANAGRAMMA.

Siè noſtri Velleris Fumus.
Ac mira hic Arcana pando

CAPVT PRIMVM.

QVò concordes agnoſco Philoſophos omnes, vna in radice fundamentum conſtituentes noſtri diuini magiſterij, cò magis eſſe video diſcordes in nominum multiplicitate cum quibus velant ignaris cognitionem materię, quam ante oculos habent, et non agnoſcunt, quam tractant manibus quo-

quotidiè, & non obſeruant, quam ſpernunt, vt vilem; & eſt tam pretioſa, quam tandem poſſident domi propriæ, & hactenus per deſerta vagantes quærunt. Eſt tamen veritas, quod ſolum in verborum cortice, non in mentis intentione, varietas conſtſiit, quia etſi eam nunc vocent Arſenicum, nunc Sulphur, nunc Argentum viuum, nunc Plumbum, nunc Vitriolum, nunc Stamnum, nunc Marcheſitam, nunc Antimonium. Et quamuis nunc eam in oſſibus eſſe dicant, nunc in Vrina, nunc in Capillis, nunc in Ouo, nunc in Stercore; & quamuis inquàm eam appellent Aquam Vitæ, modò Acetum, modò Gummi, modò Fermentum, modò Oliuam, modò Eſſentiam quintam; & in mille alijs rebus vegetabilibus, Animalibus, mineralibuſque reponant; attamen intentionem non proferunt, & eorum opus non incipiunt niſi in hac vnica materia, quæ nulla ex his rebus eſt, quas nominant; verum res Omnes in ſe continet, imò eſt omnia, & nihilominus nulla istarum eſt. Nominum varietas igitur ne confundat firmum ſtudentis Iudicium, nec ipſe vacillet ſuper fundamentum huius Scientiæ inter tot opinionum diuerſitates; Conſtanter credat, quod Philoſophi ad occultandum, non ad detegendum noſtrum benedictum magiſterium, ſcriptitarunt; & vbi locuti ſunt magis apertè, ibi latet Anguis in herba, ibi veritatem maximoperè obſcurauere. Magnum inuidorum magiſtrorum artificium? vnica eſt materia paſſim proprio nominata nomine, paſſim inquàm aliarum rerum nomine adumbrata: Sulphur, & Argentum viuum coniuncta; ſunt illa materia, quam ſingulis verbis manifeſtò paginę noſtræ nominant, & Sulphur, & Argentum viuum ſunt illa materia, quæ in tot mixtis compræhenſa exibetur. O Filij ſtudioſi, arrigite aures, aperite oculos, quia ex inuidia non loquimur; Sulphur, & Argentum viuum ſunt apud naturam omnium metallorum radix; & Sulphur, & Argentum viuum ſunt radix Arboris Philoſophicæ apud Artem; Hæc ſunt principia, quæ coniuncta corpus aſſumunt in vnico Sale, quod ligat ea inſepa-

rabiliter ſimul in omni compoſito, vbi ſpecificantur; & hæc eadem principia habent corporificari abſque vlla ſpecificatione in noſtro lapide; adeo quod eodem momento; quo ſpecificata ſunt, non plus valeant ad opus noſtrum.

Hic audeo mihi objicere, quod hæc tria principia in omnibus rebus ſunt, & ab omnibus rebus poſſunt extrahi hæc tria principia ad faciendum lapidem noſtrum iuxta Gratianum dicentem; *De omni re poteſt fieri Sal, & de illo Sale fit Aqua; & de illa Aqua fit Mercurius, & de illo Mercurio per diuerſas operationes Sol*; vnde non implicat in quacumque re laborare, parumque refert, an ſit metallum, vel Vrina, an Vitriolum, vel Aqua Vitæ, an Acetum, vel Gummi, dummodò ex iſtis rebus extrahatur Sulphur, & Argentum viuum, nam (inquit Geber) *ex quacumque re Elixir conficitur album, vel rubrum, nihil tamen ibi eſt, quam Argentum viuum, & Sulphur, quorum vnum ſine altero nihil agit, nec eſſe poſſet*, & Sandiuogius mirabiliter in hoc ſenſu dicit. *In omni Subiecto Mercurium inuenies, & ab omnibus rebus Mercurius Philoſophorum extrahi poteſt licet in vno Subiecto propinquius, quam in alio*. Itàque concludendum eſt, quod ab omni re poteſt extrahi Mercurius philoſophicus, & per conſequens ab omni re poteſt fieri vniuerſalis ſumma medicina.

Sic multi Philoſophaſtri garriunt, non credentes Elixir noſtrum in Auro eſſe, dum eum creduli inquirunt adhuc in proprio Stercore. Oh fatuitas maxima cæcorum ignorantium! Oh cæcitas inſcia ingeniorum eruditorum! Verum eſt, quod in omni re, aut ſit Animalis, aut ſit vegetabilis, vel Mineralis, inſunt Sulphur, & Argentum viuum; verum & pariter eſt, quod abſque Sulphure, & Argento viuo nulla res poteſt ſubſiſtere in Natura. Veriſſimum, quod ab omnibus rebus poſſunt extrahi Argentum viuum, & Sulphur, ſed non verum eſt, quod ſpecificata poſſint operi noſtro inſeruire; & falſiſſimum eſt vitam hominis ſufficere ad extractionem Mercurij philoſophici à rebus ſpecifica-

ficatis. *Extrahere ipſum* (Geber inquit) *à re, in qua non eſt, hoc ſtultum eſſet cogitare & vanum, vt quidam fatui faciunt, quod nunquam erat intentio Philoſophorum, quamuis multa dicunt, & hoc per ſimilitudinem*, & Sandiuogius etiam vbi dicit, quod Mercurius Philoſophorum eſt in omnibus rebus ſubiungit: *Sed in extractione eius vita deficeret, quia non eſt niſi vnica Materia, per quam, & ex qua præparatur Lapis Philoſophorum*; & hanc materiam apertè nos declaramus nil aliud eſſe, quam Mercurium noſtrum, compoſitum per Artem ex Sulphure, & Argento viuo à Natura procreatis, at relictis inoperoſis in Vaſe incongruo propter nimiam ſuperfluitatem ad arbitrium Artificis, qui ex Corpore illo impuro, & craſſo, in quo viua tumulata iacent, ſcit illa liberare, & mundata ab omnibus impuritatibus in Solarem quintam Eſſentiam ea exaltare, Animalibus, Vegetabilibus, necnon metallis, ad perfectam medicinam.

Quod in Mercurio Sophico ſit quidquid quæritur à Philoſopho, & quomodo differat à Mercurio Vulgari.

CAPVT SECVNDVM.

EST in Mercurio quidquid quærunt Sapientes; in hoc concordant paginæ noſtræ; Sed qualis eſt iſte Mercurius, qui potentialiter, & actualiter in ſe continet omne, quod quæritur à Philoſopho? Oh filij Hermetis diſcite eum à Gebero magiſtro magiſtrorum, quando dicit, *laudetur Altiſſimus, qui Mercurium noſtrum creauit, eique dedit naturam cunctant ſuperantem.* Illa vocula *noſtrum* vobis non dat indubitanter intelligere, quod non eſt ille vulgaris? *Noſter, Noſter* Mercurius eſt ille, qui vitam dat omnibus rebus, qui animatus eſt à Sulphure aceroſo ſuæ propriæ naturæ, qui tandem radicaliter vnitur cum Auro, & in ſupremo gradu fit noſtra ſumma medicina. Ad acquirendam huius Mercurij cognitionem ſudent prius capita veſtra, quia in ipſo totum latet chimicum Arcanum, nec amplius vigiletis phantaſticè circa Mercurium vulgi, qui differt totaliter à noſtro, qui non reperitur ſuper terram, nec venditur in Apothecis, vt ille vulgaris, imò omnibus in locis reperitur, & venditur palam minimo pretio.

Noſter Mercurius ſpiritus eſt puriſſimus, omnium metallorum verum ſemen. Mercurius vulgi verum corpus eſt ab iſto ſpiritu factum vt à ſemine. Noſter propter actiuitatem ſui Sulphuris congelatus, eſt humidum radicale metallorum; Mercurius vulgi fluidum corpus eſt metallicum abſque Sulphure actiuo quod eum congelet

Noſter

Noſter totus eſt aereus, Igneus, Mercurius vulgi totus aqueus, Terreus: Noſter finaliter non ſeparatur ab Auro, quod perfectè diſſoluit in prima principia: Mercurius vulgi non vnitur niſi ſuperficialiter cum Auro, dum facillimè per ignem ſeparatur à metallis amalgamatis cum ipſo, & metalla remanent, vt erant antea, metalla. Sunt aliæ differentiæ inter Argentum Viuum vulgare, & philoſophicum, quas ego propter breuitatem tranſeo, cum eas poſſint obſeruare Tyrones hermetici in Sandiuogio, alijſque Auctoribus, qui diffusè huius Mercurij diuerſitates ſcribunt. Solùm igitur mihi ſufficit concludere, Mercurium noſtrum eſſe ſemen, & ipſummet vulgi Mercurium factum eſſe à noſtro, ad detegendum ſine fallacia errorem illorum, qui vulgare Argentum viuum ſemen, & non corpus credunt opinantes in Anatomia, & diſſolutione eius varijs in modis Sophiſticis extrauertere occultum Spiritum, quem in ſemetipſo continet etiam abundanter. Sed quidnam eſt iſtud ſemen, niſi aer congelatus? & hic Aer congelatus quid in ſe continet, niſi Igneam ſiccitatem? & hæc ſiccitas Ignea quid aliud eſt, quam receptaculum illius ſcintillæ lucis creatæ; quæ verum purum naturæ eſt, verus Spiritus vniuerſalis, veriſſimus Mercurius Philoſophorum? attamen ſi hæc ſcintilla lucis verum purum naturæ, verus Spiritus vniuerſalis, veriſſimus Mercurius Philoſophorum eſt omnium metallorum ſemen; quomodo igitur Mercurius vulgi factus ab hoc ſemine erit illud, in quo continetur quidquid quærunt Sapientes? non quidem negamus, quod in Mercurio vulgi, & omni alio metallo ſit abſconditum hoc ſemen, hæc media ſubſtantia nobis neceſſaria. Maneat in mente repoſita ſententia Geberis. *Mercurius noſter non eſt Mercurius vulgi, ſed eſt tenuiſſima, & ſubtiliſſima pars eius Arte noſtra ad talem tenuitatem, & ſubtilitatem deducta.* Negamus ſolummodo extractionem huius mediæ ſubſtantiæ à Mercurio vulgi cum fortibus aquis, Salibus corroſiuis, ignisque violentis, quia ſolùm hæc media ſubſtantia poteſt extrahi via Philoſophica, vt fiat Mercurius

noſter, qui non eſt vulgaris, ſed Sophicus Mercurius, cum quo, quando opus ſit, facilis eſt reductio metallorum in eorum primam materiam; ſed ad quid reductio hæc? non ægemus Mercurio vulgi, aliiſque metallis, cùm habeamus Mercurium Philoſophorum, & Mercurius Philoſophorum non reperitur ſuper Terram; vnde Arte noſtra oportet extrahere ab vnica radice in duabus ſubſtantiis Mercurialibus hunc Spiritum generalem, nempè Sophicum Mercurium, qui ex puritate elementorum corpus aſſumit, vt viſibilis fiat oculis philoſophorum ſub ſpecie Aquæ, quæ non eſt Aqua, quia non madefacit; ſub ſpecie Gummi, & Gummi non eſt, quia in igne fluit veluti Aqua; ſub ſpecie Salis, & non eſt Sal, quia eſt velut Vitrum tranſparens, & tandem ſub ſpecie Vitri, & non eſt Vitrum, eo quia in igne liquatum metallum referat, qui Mercurius ad ſui plus quàm perfectionem perductus, eſt oleum incombuſtibile, & Elixir perfectum.

Quomòdo Corporificatur Spiritus Vniuerſalis.

CAPVT TERTIVM.

SI Omnibus rebus ineſt Spiritus Vniuerſalis, & ſi omnium rerum hic Spiritus verum alimentum eſt, quis negabit ab omnibus rebus poſſe extrahi hunc Spiritum in Mercurium Philoſophorum? Ad hoc Argumentum totum fallax reſpondetur veridicè ſic. Si nos quærimus hunc Spiritum generalem; ſi Spiritus hic generalis ſit Mercurius Philoſophorum, indifferens ad omnia tria Regna, quomodò à vobis poteſt extrahi vniuerſalis, & indifferens à ſpecificatis rebus, in quibus ſpecificatus fuit: ſi Spiritus hic ipſo momento, quo ingreditur in aliquo ſubiecto vegetabili, vel minerali, remanet ſpecificatus, nempè ſperma, vel humidum radicale illius

ſubie-

ſubiecti, in quod intrauit, oportet ergo concludere à nullis rebus ſpecificatis poſſe extrahi hunc Spiritum generalem noſtro operi ineptum, & fruſtraneum; quia non plus indifferens, ſed peculiaris eſt, in qualibet re ingreſſus. O inſania elaborata hominum ingenijs! volumus ad omnia tria Regna, Animale, vegetabile, & minerale vniuerſalem medicinam componere, & credimus cum ſubſtantijs ſpecificatis facere illam? volumus radium Solis corporificare, & de volatili illum reddere fixum, & nolumus hunc radium extrahere à re, vbi beneficio naturæ ſine ſpecificatione congelatus eſt? Volumus ſemen Auri; & etiam in proprio Stercore inſanè ipſum inquirimus? Beſtialitas fœtens illorum hominum digna, qui in tantum tales apparent, quatenus inſanus vulgus eos ex figura iudicat. Sed redeamus ad rem. *Quid vis tu facere*, inquit natura, illi ſuo filio inexperto in dialogo Ægidij de Vadis; *Solem, & Lunam* (reſpondit filius, & natura ſubiungit) *Aduerte quomodo principia tua operationis nominaſti dicendo finem tuæ intentionis, qui eſt Aurum, & Argentum producere velle, quæ quidem erunt operis tui principium, ac ſi dixiſſes hominem te velle producere, ibi tuum agens nominaſſes; quo habito nihil tibi deeſſet, niſi patiens tali generationi congruum, quia ſicut non eſt poſſibile generare hominem ſine homine, ſic neque Aurum, & Argentum ſine Auro, & Argento, eo quod omne ſimile producet ſuum ſimile.*

Quid ergo nos producere intendimus? medicinam (addit Sapiens) vniuerſalem, & catholicam; ſumat igitur prudens principia, ex quibus medicina iſta procreatur. Demens verò principia hæc non inueniet, cùm impoſſibile ſit per ipſum acquirere cognitionem ſubſtantiæ, ex qua medicina iſta componatur, (& vt apertius loquar,) quid ſit iſta medicina Vniuerſalis comprehendere nequit, quam caritate motus in proximum explico ſic.

Ipſa non eſt aliud iuxta Sandiuogium, niſi Aurum in Supremum gradum digeſtum, & hoc idem confirmat Auctor Introitus aperti; qui dicit *Aurificus noſter puluis, quem lapidem noſtrum nominamus, eſt aurum ſolum-*

modò digeſtum in Supremum gradum puritatis, & Subtilis fixitatis, ad quem per naturam Sagaxque Artificium poteſt deduci.

Cùm igitur inrefragabili Adeptorum lectione conſtet noſtrum Lapidem nil aliud exiſtere, quam Aurum ad Cœlum vſque exaltatum: eſſe firmiter tenendum eſt ab Auro primordia noſtra deſumenda, Sal videlicet, Sulphur, & Mercurius, quæ ſubſtantia materialis corporea ſunt illius Spiritus generalis, luciſque creatæ, qua Philoſophus indiget. His verbis meis concludent, ſat ſcio ignari è corpore ſpecificato, quale putatur Aurum, non poſſe extorqueri Mercurium philoſophicum, quem huc vſque auſi fuimus probare, ſolùm excuti à materia non ſpecificata; nihilominus reuertamur ad id, vnde digreſſi ſumus clarioriquе modo perquiramus quid ſit lapis Philoſophicus, quid Aurum, quævè pariter principia huius Auri, & huius medicinæ. Ità certi erimus aliquando non incidere in foueam, & Oculos noſtros nequaquam fallent illa perſpicilla, quæ nobis montes in Luna conſpiciendos præbent.

Principia Auri apud naturam non differunt, neque diſcordant à principijs omnium aliarum rerum. Elementorum partes ſubtiliſſimè in centro Terræ vniuntur per minima in vaporem ponderoſum, qui vi Archei naturæ ſcandit in formam Aqueæ viſcoſitatis, & humoris viſcoſi aquei: quem humorem appellat Geber ſpiritum fœtentem, & Aquam viuam; ab alijs aqueum ſubtile Terreum, & ferè ab omnibus Sulphur, & Mercurius nuncupatur. Sulphur igitur, & hoc Argentum viuum ſunt ipſa puritas Elementorum actualis, qua natura vtitur ſubtus Terram in perficiendis, iuxta gradus decoctionis, quæ fixat, omnibus rebus, vegetabilibus, & mineralibus, cùm in omnibus rebus ſit hoc purum receptaculum lucis creatæ, humidumque radicale, quod eſt idem ac ſi diceres ſemen, & principium à quo omnia procedunt. Quapropter ſi in Regno metallico iſte Spiritus vniuerſalis, hæc pura ſubſtantia, iſtud Aqueum ſubtile, & hoc Terreum ſubtile eſt ſperma, vt ſemen

omnium

omnium Metallorum, infallibiliter concludendum eſt omnia Metalla produci: progigniquè immediatè ab iſta ſcaturigine, ſiue ab hac radice.

Quod hoc ſemen in hac pura ſubſtantia Terrea, & Aquea ſubſiſtat actualiter apud naturam, meo quidem iudicio negari nequit, niſi ab iis, quos vtero produxerunt Parentes cœcos, quibus viſio Auri, Argentique negatur. Hæc, circa Metalla, inquit Faber, *Natura non perficit ſine perficiente, ac producente, quod & nos ſemen Metallicum, & purum natura metallica dicimus, & veriſſimum eſt, cum purum illud Natura Metallica ſit verum ſemen Metallicum, & immediatum principium, ex quo metalla fiunt, & producuntur, eſt enim illud ſolùm Metallicarum actionum fundamentum, & ſcaturigo, vnde metalla habent produci, ex illo ſolo, cùm ex illo ſolo vis illa producendi ſcaturiat.*

Dato igitur, & non conceſſo, ſemen hoc Argentum viuum, & Sulphur eſſe primam materiam Solis, & Lunæ vulgarium, à quibus immediatè producuntur, neceſſariò conſequens eſt, Aurum, & Argenrum non conſtare, niſi ex Terreo ſubtili, & ſubtili aqueo, informatò ex vnico puro naturæ, quod purum eſt iſte ſpiritus vniuerſalis, qui luce veſtitus inuiſibiliter corporificatur ob decoctionem in omnibus rebus. Aſt ſi Aurum, & Argentum ſunt dumtaxat vnum aqueum ſubtile, & vnum ſubtile terreum, & ſi hoc ſubtile aqueum, & ſubtile terreum decoquuntur in Aurum, & Argentum ſine mixtione alicuius rei, & ſine additione impuritatis eterogeneæ, dicam ego ſemper, & affirmabo eſſe vniuerſalia non ſpecificata, niſi in quantum ſolaria extant, quoniam conſtant materia, & forma vniuerſali, & non ſpecificata: Quare cùm volens poſſit extrahere hoc Sulphur, & hoc Argentum viuum, quibus indiget Philoſophus ab auro; lubens clamet Aurum, & Argentum non eſſe corpora ſpecificata, dum eorum corpora conſtat ex ſola puritate quatuor Elementorum anaticà vnione permixtorum, & illo puro radio Solari, qui rebus omnibus formam, & vitam elargitur. Hinc aſſeuerabo eſſentiam metal-

licam

licam eſſe perfectam vnionem partium ſubtiliſſimarum Elementorum, Luce turgidam, qua informatur, & fit incorruptibilis, vnde neceſſe eſt eam aſſeuerare Solarem, & per conſequens non ſpecificatam in Regno minerali; in quo repono metalla imperfecta impropriè dicta metalla, & non mineralia, quia ſubſtantia, & eſſentia Metallica Aurifica componitur ſolùmmodò Luce, ſubtilique elementorum, turgens ipſa Luce: ſperma, & humidum radicale Auri: imò aliud non eſt, quam idem Aurum crudum, Aurum viuum, quod decoquitur per mineram in Aurum digeſtum, & in igne fuſionis ſolùm amittit ſuum ſpiritum, qui illud in decoctione etiam viuificabit. Sed quid per hoc? non quia digeſtum eſt, mutat eſſentiam ante decoctionem habentem? Vnde Ariſtoteles exclamat, *Rectè metalla traſmutari non poſſe, niſi prius reducantur in eorum primam materiam, ex qua facta ſunt immediatè*; nempe niſi reducantur in eorum prima principia metallica, & hæc principia, purumque naturæ ſemen, & humidum radicale metallinum eſt, vt ſupra dixi, Aurum crudum, tenerrimum, viuum, non adhuc fixatum, in quo Aurum digeſtum debet liquefieri, ſicut glacies in Aqua tepida; Si igitur Aurum digeſtum componitur ſolùm ex Sulphure, & Argento viuo: quæ probauimus principia, & humidum radicale omnium metallorum eſſe, ergo non eſt ſpecificatum, niſi ad eſſe ſolare, vt aliud non ſit, quam terreum ſubtile, & ſubtile Aqueum, ſcilicet corpus factum ex puro Elementorum grauidum luce, & ſic hoc purum Elementorum, quando Artificio noſtro eleuatur, per decoctionem ſuper gradum Auri, vbi natura perſiſtit, eſt lapis vniuerſalis; ergo oportet fundamentaliter concludere, quod noſtrum terreum ſubtile, & ſubtile aqueum, ideſt humidum radicale metallicum decoctum à natura, ſi impedimentum non habet humidi ſuperflui, vel Terreſtreitatis extraneæ, perficitur in Aurum in viſceribus Terræ, decoctum à Philoſopho extra mineram ſuam magno cum ingenio in igne viuifico, non deſtructiuo,

tran

tranſcendit gradum Auri, & fit noſtra vniuerſalis medicina.

An Mercurius noſter extrahi poſſit ab Auro vulgari, & an ad perficiendum opus chimicum requiratur Aurum vulgi.

CAPVT IV.

Firmiter concluſo, noſtrum Mercurium componi tantummodò ex puriſſima ſubſtantia Aquæ, & puriſſima ſubſtantia Terræ non adurentis, quamuis ſulphureæ, informatum, & actuatum per ſcintillam lucis creatæ, quæ viuifico calore decoquit, & perficit ſubſtantiam Mercurij in metallum perfectum, conſiderandum remanet an ab Auro vulgari poſſit extrahi noſter Mercurius. Ergo affirmatiuè dico non poſſe, dum in Auro vulgari, quod Corpus mortuum eſt ob fuſionem ſibi datam, non adeſt amplius ſpiritus ille viuus, quo exuberat noſtra prima materia, hicque Spiritus, tota lux, quia eſt Aurum Philoſophicum, quod in præparatione chimica debet reddi viſibile; non nego maximopere opinionem meam conculcare ſententiam illam Augurelli, *In Auro ſemina ſunt Auri*, in Homine Hominis, in Piro Piri, quæ tantùm ſignificat omne ſimile ſibi ſimile producere. Sententia quidem veriſſima eſt, à paucis iuxtà debitum ſenſum intellecta. In Auro ſemina eſſe Auri, in Homine hominis, concedo, dum Aurum mortuum non ſit, & homo viuat, quoniam ſicut mortuus Homo non amplius ſemen emittit, ità ſtultum eſt quærere ſemen in Auro vulgari, quod igne fuſionis eſt mortuum. Aliud Aurum, alia

alia Metalla; habent Philoſophi, quam illa à vulgo deuendita, & quamuis iſta vulgaria, quæ ſunt mortua mediante Mercurio noſtro poſſint reuiuificari, & fieri Sophica: nihilominus inquit Tractatus de Sale. *Non timeo affirmare, quod ſine hoc ſpiritu generali, qui vegetationis in omnibus rebus ſola cauſa eſt, facultas aurificandi, & argentificandi corporibus Metallicis, tam vulgaribus, quàm ſecretis, & occultis inſita ad vegetationem, & de potentia in effectum deduci non poſſit, quia Natura ſe ipſam non producit, & in omni operatione opus eſt agente aliquo, & materia eius actioni ſubiacente; & proculdubio ille ignis eſt, de quo Pontanus loquitur, quem ſapientes omnes occultauerunt tanquam clauem ſui ſecreti, cuius defectu, vt ipſe fatetur, ducenties in practica errauit, quamuis in vera materia laboraret.*

Quando igitur Philoſophi iubent laborare in Auro, non intelligunt Aurum vulgi, quod eſt corporale, & mortuum, ſed eorum Aurum, quod eſt Viuum, & Spiritale corpus: vndè ipſa differunt inter ſe vt materia à forma. Dum ergò aſſerunt Philoſophi, Auro opus eſſe àd perfectionem Lapidis, & eius abbreuiationem, non intelligunt Aurum communem, & vulgare eſſe neceſſarium ad opus Philoſophicum, ſed Spiritum illum Aureum, qui totum corpus Auri ſua præſentia viuificat, & nobilitat vegetanti, & vitali ſua virtute.

Hinc adducere quam plurimas poſſum auctoritates in confirmationem huius euidentiæ, quod, ſcilicet, ab Auro vulgari nequeat extrahi Mercurius noſter, & pariter, quod eodem ſolo Sole poſſit perfici noſtrum opus, ſed vbi ratio pro veritate abſque fuco militat, inopportuna cenſetur defenſio noſtrorum librorum auctoritate; quia habito Mercurio noſtro non nego, inquam per ipſum reuiuificari poſſe Aurum vulgare, & reduci in ſuam primam materiam ſpermaticam per innaturalem corruptionem, igneque continuò mediante decoqui in ſupremum gradum, quod fiat Elixir. Sed ſi non ſunt multiplicanda Entia ſine neceſſitate, cur addere noſtro Mercurio Aurum vulgare, ſi

in ip-

in ipſo Mercurio totum eſt, quod requirunt ſapientes: Ignis, & Azoth tibi ſufficiunt, Auro vulgari non indiget. Mercurius noſter, quoniam in ſe continet ipſe quoddam Aurum, quod millies vulgari Auro ditius eſt; quarè caput hoc concludo cum Auctore Lucernæ Salis, qui in corroborationem meæ ſententiæ in ſuo Dialogo ait, quod ab Auro vulgari non poſſit deduci noſtra materia, nec per ipſum ad perfectionem reducenda. *Philoſophi*, inquit Dialogus, *habent ſaltem vnam rem præditam corpore Anima, & Spiritu, & vocatur ab illis Sal, Sulphur, & Mercurius, quæ tria in vno ſubiecto ſunt, & ſubiectum illud eſt Sal eorum. Vnde habetur talis Sal?* interrogat Alchimiſta, *Ex caliginoſo*, ſubiungit viſio, *Metallorum carcere, quo cùm poteſt perpetrare miracula, omneſque mundi colores videre, necnon cuncta vilia Metalla in Aurum vertere, quatenus illa res prius fixatur.* Tunc Alchimiſta, *Ego verò, dudum laboribus iſtis Metallicis occupatus fui, nec vnquam tale quid in ijſdem adinuenire potui*; & viſio reſpondit. *Quæſiuiſti in Metallis mortuis, in quibus non eſt virtus Philoſophici Salis, ſicuti Panem coctum non iterum ſeminare, aut ex elixiuato ouo Pullum producere valebis, ſed illæſum ſemen accipere debes. Si quid vis generare: Metalla autem vulgi mortua ſunt. Quid ergo tu virentem inter mortuos quæris?* nouiter Alchimiſta interrogat. *An non Aurum, & Argentum reuiuificari poſſunt mediante ſolutione?* concludit viſio. *Aurum, & Argentum Philoſophorum ſunt ipſa vita, neque vllo modo indigent viuificatione, gratis etiam haberi poſſunt, illa verò vulgaria cara ſunt, & mortua, manentque mortua.*

Quid ergo nunc reſpondetis Pſeudo Alchimiſtæ, dum quotidie Caput veſtrum delirat circa Metalla hæc vulgaria, & nunquam peruenire valet ad Philoſophica. Daturne Textus aliquis, qui clarioribus verbis iſto loquatur, vt mens ratione dilucidetur veſtra, quæ tenebricoſa redditur in pertractandis tot Metallis puris, & impuris diuerſis vijs ſophiſticis. Poteſtne magis clarius loqui, vt cognoſcatis, quod ſicuti natura, vt formet Aurum, & alia Metalla non vtitur, nec Auro, nec alijs Metallis, verum vtitur re illa, quæ per decoctionem natu-

naturalem fit Metallum in viſceribus Terræ; ita Ars pariter debet vti ipſa eadem materia, vt eam artificialiter ſuper Terram reducat in medicinam vniuerſalem.

An multæ ſint viæ, quæ ducunt ad Lapidis Acquiſitionem.

CAPVT V.

COntemplor, Imò quidem ſcio multos affirmare perfici non poſſe opus noſtrum abſque Auro vulgari, & vt verum fatear Auctores ſunt claſſici, quo arguere indignum eſt, quorum vnus, cuius Auctoritati libenter me ſubmitto, eſt Auctor Hermetici Arcani, vbi ſic ſe habet: *Corpora perfecta ſemine perfectiori prædita ſunt. Sub duro itaque perfectorum Metallorum cortice latet perfectum ſemen, quod qui nouit ſolutione Philoſophica eruere Regiam viam ingreſſus eſt, nam in Auro ſemina ſunt Auri, quamuis obſtruſa recedant longius.*

Et hanc auctoritatem ſummè colo, ac ſine diſtinctione eam concedere nequeo. Me audiatis, dum Deus omnipotens iubet vt alloquar, ſcribamque id, quod propoſueram ſilentio conſignare. Cùm dico non intrat Aurum vulgare ad fabricandum Lapidem, verum aſſero, quia de Auro mortuo per fuſionem intelligo; quando Philoſophi dicunt ingredi Aurum vulgi, non mentiuntur, quia intelligunt de Auro viuo, extracto à noſtro ſeruo Rubeo omnibus hominibus commune, & vſuale. Opus Lapidis Philoſophici non fit cum Auro ſumptuoſo. Ex vna ſola re vlli ſine additione alicuius rei componitur Elixir. Quapropter, cùm Aurum vulgare ſperno in magiſterio noſtro, caleo Philoſophicam viam, quæ non terminatur Auro vulgi, quod ſi volumus in opere noſtro adhiberi: debet reincrudari per Mercurium etherogeneis ſuperfluitatibus ſpoliatum, quo Sulphur permittit ſe ſeparare, quod imbibendum eſt Mercurio

curio geminato. Concludo igitur, quod cum Philoſophi iubent aſſumere Aurum vulgare intelligunt, vti ſcribit Introitus, *vt Sol Philoſophicus ex Sole vulgi, & Mercurio noſtro, fiat*, quod opus nunquam ingreſſus ſum, nec aggrediar, quamuis cognitum, cùm longum laborem, tædioſamque manipulationem requirat. *In omnibus*, idem Introitus ſequitur, *puta Metallis vulgi Sol noſter, at in Auro Argentoque propinquius continetur; Ergo*, inquit Flammellus, *quidam in Ioue, alij in Saturno laborarunt, ego verò in Sole laboraui, & reperi, eſt tamen vnum Corpus metallicum mirum, in quo Sol noſter tempore ſuæ natiuitatis captus proximus eſt, quam in Auro vulgi, in quo non inuenies immediatè Solem noſtrum, ſcilicet veram noſtram materiam vnicam, aut extrahatur ab Auro noſtro, aut ab Auro vulgi per noſtrum Mercurium. Scias proinde, quod omnia regimina ad vnum tendunt finem; Si cum Auro noſtro operatus fueris breui tempore ſcopum tuum attinges; ſi cum Auro vulgi, via longiori, difficiliorique; de vtraque via ſcribunt Philoſophi, ſed re vera non eſt, niſi vna via, vna tamen magis tædioſa, quàm altera in præparatione, quia Ignis noſter agens, quod deſcribit Pontanus, ſi in ſubiecto vili noſtro operetur. Spiritaliter impregnat ſuum Mercurium, & ex potentia materia paucis diebus deducit in actum Aurum, quod interea ineſt Argento viuo; Si in auro vulgi incipias longum tempus impendes, quia Aurum reincrudatum per Mercurium primo Maſculo Impregnatum, videlicet Sulphurea natura, Igne vaporoſo, & Minerali nouiter decoquitur cum ingenioſo reuerberio in gradum ſupremum, vt fiat Aurum noſtrum*; vnde Lector non ſe confundat, dum inuenit ſcriptum, quod Aurum non ingreditur in fabrica Lapidis. Reflexiones habeat ad occaſionem concedendi, negandique opus ab Auro, & obſeruet diligenter quale ſit Aurum, de quo loquitur Philoſophus, quia certè ſic non confundetur. Imò inter tot confuſiones contradictorias rectè intentionem Auctorum agnoſcet, quæ non debet interpretari de Auro vulgari.

Ad nauſeam vſque in capitibus præcedentibus reiectæ fuerunt ſpecies quælibet mineralium, præter vnicam,

cam.

cam, & licet ſpiritus vniuerſalis ſit in quolibet ſubiecto; nihilominus in aliquibus ita remotè adſtringitur, & in aliquibus ita ſtrictè coarctatur, vt ſi non impoſſibilis, difficillimæ ſit operationis, ipſum ad lucem euocare. Verùm dato, quod Spiritus hic nudus à natura nobis præberetur cùm ſit inuiſibilis, & impalpabilis, ad quid vltrò nobis inſeruiret; Intellectus noſter per Ariſtotilem non conſiderat ea, quæ non cadunt ſub ſenſu, & Arti non conceditur laborare in Entibus non viſibilibus, non tangibilibus. His igitur ſic ſtantibus liquet error illorum, qui in non entibus entia quærunt; Entia enim realia conſtant ex materia, & forma, & natura nobis non præbet formas à proprijs ſeiunctas materijs. Ergo accipiendum aliquod corpus; ſub cuius cortice in propinquò Spiritus, quem quærimus, planè reſideat. Hoc autem corpus cùm certè aliqua prædictum ſit forma, oportet vt per operationes naturæ contrarias tali forma priuetur, & tunc ſubiectum noſtrum; quod primum Ens naturæ, fermentum Aureum, punctum vitale, compendium lucis, fundamentum Artis, naturæque dicimus, apparet in ſua materia, licet oculis corporeis non videatur, quò vſque Artifici placeat. Tunc enim Arma regalia ſuſcepit, & vltro regia poteſtate ſe oſtendit; At quia vti diximus, nos quærimus, quomodo corporificetur Spiritus vniuerſalis, reuelandum eſt, primo quid à natura fiat, poſteà quid ab Arte. Natura igitur primo materias præparat iuxta matrices, quibus vtitur. (Locus enim generat locatum) poſtea informat eas quodam agente, quod ſibi ex confluentis ſtellarum cum Elementis ſuo modo parat. Hoc autem Agens ſtatim ac in illa materia inuiſceratur, fit principium illius materiæ relicto nomine vniuerſali, illamque dirigit, & determinat iuxta matricem ſuam; ſic Deus præparauit hominis materiam ex luto illamque poſteà informauit ſuo vitali Spiritu, qui, iubente Deo, limum erexit in Hominem viuentem; Pari modo natura in hominis generatione primo præparat materiam nudatam omni forma ad finem ſuum ſicut Oua venti, nuda-

ta for-

ta forma Pulli pro excluſione pullorum. Hanc autem materiam ſuo tempore informat agente ſuo, quæ ſi in debitum cadit locum, ſuſcitat hominem; ſi in indebitum, parit monſtrum, & ſi aliquot accidentalibus à curſu ſuo detinetur, abortum efficit. Illud autem agens ſic in materia operatur. Primò ex materiæ viſceribus, tanquam ſcintillula, punctum lucis foras exurgit, deinde tanquam fermentum ſubtiliores partes materiæ ad ſe conuertens incipit dilatari, & auctis mole viribus cruditates decoquit, ethereogenitatem ſeparat, craſſa ſubtiliat, ſubtilia incraſſat, leuia ponderoſa, ponderoſa leuia molle durum, & durum efficit molle; ſicque nuda digeſtione, & ſimplici labore materiam iuxta loci, & accidentium naturam, & exigentiam perficit. Pariter Ars, imitando naturam, punctum illud, ſeu Vniuerſale quid, in ſua materia determinat, quo facto debitæ meretrici committit, quæ ſuſcitat ex materia ſcintillulam, quæ operatur, vt diximus; Vides igitur non eſſe Artis, ſubiecta perficere ab intrinſeco, ſed naturæ; Artis tantùm eſt punctum illud reperire, & debitæ materiæ ſuum finem adiungere loco, tempore, cœteriſque extrinſecis ad huius exigentiam ſic diſpoſitis; Si vltra quæras vbi inueniendum ſit tale punctum, reſpondeo in ſuis primis principijs materiæ. Punctum hominis non reperiri niſi in materia hominis; ſic punctum Solis non reperiri, niſi in materia Solis. Hæc autem materia Solis eſt Mercurius, vapor ſcilicet vnctuoſus, & humidus non madefaciens, quem in re media inter perfectum, & imperfectum reperies; Si autem tibi hæc res media eſt incognita integris viribus extrahe punctum illud ab auro vulgi (quod tamen non eſt noſtræ intentionis) & cum exuberato, tædioſoque labore fiet inde vapor, & poſt coniunctionem, materia prima, in qua per naturam, mediante natura, conſpicies naturam.

Expanduntur errores illorum, qui materijs incongruis laborant, indaganturque ſubiecta, è quibus noſter Mercurius quærendus.

CAPVT VI.

ADſunt plurimi, qui audientes materiam Philoſophicam nil aliud eſſe, quàm Sulphur, & Mercurium ſimul commixta, ſibi perſuadent operis metam inuenire, aſſumendo argentum viuum, & Sulphur, & ipſa vniendo per ſublimationem vulgarem in Cinaberim; nec manus amouent ab hoc inutili labore, dum cernunt Philoſophorum dicta vndique intonantia hoc Sulphur, & hoc Argentum viuum eorum, non eſſe vulgaria, quoniam Pſeudoalchimiſte ſubtilis ingenij, vt Rapæ, textum gloſant dicendo, neque ſeipſos intelligere conficere lapidem ex Sulphure, & Mercurio vulgaribus; verùm ab vtriuſque media ſubſtantia; ſicque in opinione ſua conſtantes in hoc Sophiſtico labore reportant, poſt multos Annos, modum Sulphur eorum reducendi in fila, lychiniaque ſulphurea optima, vt accendatur ignis, & Mercurium eorum eſſe tantummodò pro ipſis, vt pro ſcabie conficiant, ah vtinam rectiſſimè paratum, & non adulteratum, vnguentum!

Alij conſiderantes lapidem noſtrum componi ſolo Sole, Luna, & Mercurio, Argentum viuum accipiunt, Argentumque Cupellatum, quem appellant Lunam, & ea per Ignem violentum reducere volunt in materiam vnicam, aptam ad componendam matricem Auri, quem poſtea intelligunt, vt in Terra foliata, in ea ſeminare, & ſic faciunt optimum præcipitatum in Noſoco-

mijs

mijs ad vlcera, & vulnera requiſitum.

Alij in Salibus, Aluminibus Vitriolis totam ſpem fundant, quæ remanet breui tempore arida, & ſicca inter tot Salia, quibus ſi vtuntur Philoſophi, vtuntur, vt inſtrumentis, & medijs iuuatiuis, nunquam pro materia.

Alij legentes, in Arnaldo Villanouano. *Quis igitur erit qui Aquam ſiccam præparare poſſit? dico certè, quod ille erit, qui Vitrum faciendum curat*, ſumpſerunt ſaxa, & etiam ipſum Vitrum, ſed poſt multas experientias agnouerunt ſe ipſo Vitrearios, non Philoſophos.

Infiniti poſteà obſeruantes in Treuiſano, & in Sandiuogio, qui de Noſtra Aqua loquentes aiunt. *In omni loco eſt, & ſine ea nemo viuere poteſt, verſatur ob oculos toti Mundo; nemo tamen cognoſcit eam* animum direxerunt ad inueſtigandum hanc primam materiam in Aere, ſed quia caſtra in Aere nunquam firmè videntur ſtabilita in Terris, breui temporis operatione dignouerunt ſuam leuitatem; ideòque cognouerunt ſe tandem laborantes in Aere verificare poſſe ſententiam magni Hermetis in ſua Tabula Smaragdina, *Vir eius integra eſt, ſi verſa fuerit in Terra*.

Non pauci inſanierunt in tractandis Marcheſitis magnete, & Antimonio abſque fructu aliquo, dum hæc, primà materia metallorum non conſtant, quæ eſt Sulphur, & Argentum viuum pura, quapropter ſi hæc apud naturam nequeunt reduci in metalla, quomodò poterit Ars ea deducere, vt fiat Lapis noſter? Verum quidem eſt, quod plurimi Auctores, Antimonium commendant, & ille auctor Introitus videtur amplecti Antimonium, tanquam ſuam materiam; ſed oportet concedere de Antimonio Philoſophico, non vulgari, vt intelligit Anonimis Philaleta.

Hic mihi videre videor Georgium Hornium riſu in ore, manu calamum tractantem, me irridere, reprehendereque cùm citauerim Introitum apertum, librum ab ipſo declaratum totum Sophiſticum in Epiſtola, quam in frontem edidit ad Impreſſionem librorum

Geberi vtique mendoſorum licèt ab ipſo emendatorum. *Prodijt nuper Anonimini Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium ante multos annos ex Anglia immiſſus ; ad me tranſmiſſus, opus planè Sophiſticum ? & Commentitium , quod experientia multis , qui exactè probarunt cum damno ſumptuum , & temporis cognitum fuit*. Quid dicis inexpertè Zoilæ ? ergò, quia non pauci tentarunt iuxta Introitum experientiam abſque fructu ; Introitus malè loquitur ? optimèque, non docet? Sed quales erant iſti ? forſan Philoſophi adepti ? minimè, quia intelligere volumina Philoſophica ad litteras, eſt proprietas ignorantium, qui intellectum non extendũt extra Spheram Orizontalem Oculorum. *Diſce, diſce qui ſint Socij Cadmi , quique ſit ſerpens, qui illos vorauit , quæ ſit caua Quercus, ad quam Cadmus Serpentem transfixit ; Quæ ſint Dianæ Columbæ , quæ Leonem mulcendo vincunt : Qui ſit Leo viridis, qui re vera eſt draco Babylonienſis, veneno ſuo cuncta interimens, diſce finaliter quid ſit Mercurij Caduceum ; quid ſit Calybs , quid ſit magnes Noſter , quid ſit Soboles Saturni , quid in regno metallico originis miræ , in quo Sol Noſter propinquius eſt, quàm in Sole , & Luna vulgi*. Et poſtea palinodiam Canè omnium illorum , quæ inſcienter in hunc generoſum Authorem protuliſti. Ipſe , qui Libellum illum Electis ſcripſit, mentaliter vidit, non intellectum fore ab imperitis. Nunquam tamen putauit, credo, futurum hominem tam impertinentem, qui Vniuerſalis medicinæ poſſeſſor non exiſtens, petulanter audeat digito conuoluere Cœlum. Hoc eſt malè ſentire de his, qui tantùm ſibi theſaurum compararunt. Eiuſdem modeſtia, & ratio, quæ mouet ipſum, ne fiat cognitus Mundo per eum experto pro infido, pleno periculis ad mortem vſque Philoſophorum ; mouet etiam, vt ſuam defenſionem aſſumam , & atramentum , quod audacter detorquere præſumis, ad tuum conuertam vultum ; Ideò ne tibi diſpliceat , quod tuæ impudentiſſimæ declarationi ego pari fortitudine paratus accingar reſpondere cunctis tuis obiectis, quæ poſſis formare in Introitum apertum, & euidentiſſimis rationibus tibi conſtare faciam , quod

liber ille ſcriptus eſt optimè, & ſcientificè, quodque, tu eum intellexeris litteraliter, peſſimèque.

Ex Antimonio igitur (vt redeam ad rem) non videtur poſſe extrahi Sulphur, & Mercurius, ſed ſolùm vnicum Sal naturæ iuxta interpretationem à multis datam Introito aperto, quem nunquam credo interpretari deberi, ſic litteraliter; quia in ſenſu ſuo quamuis ad litteram interpretaretur, illis qui credunt ex ſolo Antimonio totum inuenire. *Sciant*, dixit Introitus, *Aquam Noſtram componi ex multis, eſſe tamen rem vnam ex diuerſis ſubſtantijs vnius eſſentiæ concretis factam.*

Hæc ſententia finaliter ſufficit ad cognoſcendam Aquam noſtram, ſcilicet Mercurium noſtrum non poſſe extrahi ex vlla re minerali, nec ex vllo metallo ſolo, ſed oportet ex pluribus rebus, quæ in eſſentia ſint vnius ſubſtantiæ, & radicis eam extrahere. *Opus noſtrum fit ex vna radice*, inquit Bernardus Treuiſanus, *& ex duabus ſubſtantijs Mercurialibus, crudis aſſumptis ex minera tractis puris, & mundis, igne coniunctus amicitia, vt exigit ipſa materia aſſiduè coctis vſque dum ex duobus vnum fiat, in quo quidem vno, Corpus, Spiritus, & iſtud corpus factum eſt à commixtione.* Pariter Sandiuogius concordat concludens. *Vide ergo, & diſce: Accepit dua Argenta viua diuerſa ſubſtantia, ſed vnius radicis, qua Saturnus lauit Vrina ſua, & vocauit illa Sulphura de Sulphuribus, & commiſcuit fixum cum Volatili facta compoſitione in Vas debitum poſuit, & ne Sulphur aufugeret cuſtodem ſuppoſuit, & ſic poſtea in balneum ignis lentiſſimi, vt materia requirebat poſuit, & omnia optimè fecit.* Et Hermes non aliud intellexit, niſi quod ex Vnione iſtarum ſubſtantiarum inſurgit noſter miraculoſus Mercurius. *Sicut omnes res fuerunt ab vno meditatione vnius, ſic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re, adaptatione.* Hoc vnum, à quo res omnes deriuatæ ſunt, ille Spiritus Solaris eſt, verus Ignis naturæ, verum Sulphur Sophicum, veriſſimum Aurum viuum Spiritale, & hæc vnica res, ex qua fit opus noſtrum, eſt vera vniuerſalis materia, vera Aqua metallina, veriſſimum Argentum viuum Philoſophicum animatum ab illo Spiritu Vniuerſali, qui virtutes omnes

cœleſtes in ſeipſo continet potentialiter. Hinc claudo Capitulum iſtud cum Ripleo, & prætendo hac auctoritate, quam affero me liberare à propalando ſubiectum, à quo extrahendus Mercurius Noſter eſt; dum ex his, quæ hucuſque protuli, ni tibi ſit obtuſus intellectus facili negotio illud dignoſcere valebis, vt pariter ſentias adeptum iſtum Angelicum, qui ſic fatur, *Lapis eſt Vapor potentialis metalli; Hunc quo pacto acquiras oportet te eſſe cautum*.

Errores in quos incidit Auctor ex mala Librorum Philoſophorum Intelligentia.

CAPVT VII.

ALiorum erroribus iam explanatis expreſſiuè, non inopportunum duco, vt vobis, ò ſtudioſiſſimi Tyrones mei, qui plurimi ſunt, innoteſcant; Lubenter memoro iam meos præter Lapſos errores, Ignorantias, vanaque experimenta, quibus ducuntur, qui facultates dilapidant propriamque impendunt Vitam, & conſumant; vt iiſdem laboribus iiſdemque ſubiectis, quibus diuturnis annorum ſpatiis vitam duxi ego abſque lumine Veritatis, ipſi illuminentur *forſan, & hæc olim meminiſſe iuuabit*, niſi eritis obſtinatiſſimi vti ille, qui magis Iacula iniiciebat in vndas Nili rapidas, vt deſiſterent, eo magis in ſpe hoc ſibi poſſibile fore perſiſtebat; Credam quod ex alienis erroribus, quos præcedenti Capite recenſui, meiſque, quos præſenti vobis ſum expoſiturus, euitare poteritis in veſtra nauigatione ſaxa illa, in quæ nos naufragantes incurrimus,

Sunt ergo errores mei ſimiles illis omnium aliorum; ſcilicet, quærere primam materiam Philoſophicam à Sali-

à Salibus, Aluminibus, Rugiadis, Auri pigmento, ab Arena, Creta, Calce, Vino, alijſque rebus extraneis, quæ carent naturâ Metallica. Cognitis poſtea cum damno meo itaque materialibus alijs inutilibus, & nihil arti congruis, me applicaui ad Metallaque vulgi, & in ipſis mortuis Corporibus Mercurium noſtrum viuum, & totum Spiritum quæſiui, ſed ſemper fruſtra, quia ex metallis vulgi, dummodo ſunt in forma Metallica non fit Lapis noſter. Hinc metallis reiectis incidi in minetas metallorum, & maximè arriſit illa Saturni, quoniam in Arca aperta legens, materiam noſtram eſſe plumbum, ſed non vulgarem, exiſtimaui non poſſe librum illum deſignare aliud Plumbum, quàm plumbaginem illam, quæ ante metallum reperitur: Ex hilari inde animo, qui ex Ignorantia ſibi perſuadebat inueniſſe materiam, incepi mentem reuoluere, quomodo tractanda foret. Et quia in *Gloria mundi* legi materiam noſtram eſſe in Aere capiendam; pariterque in Alberto Magno, quod duo fumi ſubtus Terram in Aere ſe penetrant, & vniuntur in Metallum, credidi perueniſſe ad Artificij cognitionem, vt hic narratur.

Curaui, vt conſtrueretur vas ad modum vrinalis ferreum ſpitama longius, vna cum coopertorio magno vitreo cœco, quo os ferrei mei Vaſis obduxi, quod poſtea quatuor digitis ſummo ignitionis igne, exardeſceret; prius tamen impoſuetam plumbaginem, & ſalem tartari, vt impura Sulphura retineret in marginibus coperculi Alcali volatizatum eiuſdem Tartari repoſitum erat, quod tunc tam pretioſum dignoſcebam, ſicque plumbago aſcendebat in vapores ſulphureos circulando in capite Alembici, liquorque Tartari pariter circulans tangebat vapores, pinguiſque reddebatur cum ethereogenitatibus plumbaginis, quæ omnia incidebant in margine in materiam flauam, quod eſt, ac ſi diceret in Terram excrementi iam omnino inutilem noſtro operi; noui tamen: & citò, quod ſubiecta hæc tractando, oleum, & Tempus vna cum ſumptibus te-

 rebam;

rebam; ſed quo Animi deliquio? Dum cernerem dilapidaſſe tam fatuè copiam mei Spiritus Salis Tartari, cuius extrahendi modus ſummis laboribus, & non paucis expenſis: nonnullos ante menſes innotuerat; Tunc profectò meam expertus ſum ignorantiam me rectè dijudicans orbatum clauè illa, quæ Ianuas ad Arcanorum Mouarchiam reſerabat.

Relictis denique meis Calcinationibus, ſublimationibus, diſtillationibus, & ſolutionibus vulgaribus, quæ humidum radicale diſſipant, non autem augumentant laborem conſtitui iuxta doctrinam Introitus, quam intelligere, credebam. Putaueram namque cum Anonimo Pantaleone magicum Calybem, qui eſt Sulphur metallicum, extrahendum fore à Marte, & eo magis hoc mihi perſuadebam cùm viderem Magos, hoc Sulphur quæſiuiſſe, & reperiſſe in Ventre Arietis, quod eſt ſignum Martis, quod ſumebam pro Dracone, abſque eo, quod reflecterem eidem Authori Introitus, qui ait. *Quæſiuerunt in Venere, & ſimilibus ſubſtantia; ſed fruſtrà*; Mortalis error, quia nec Sulphur, quod reperitur in ventre Arietis Sulphur eſt Martis; nec pro Marte intelligitur Aries. Credebam igitur ex Antimonio Regulum ſtellatum factum more vulgari Chimicorum, ideſt ſine ſtella, facillimè purgare à ſuis Arſenicalibus Sulphureitatibus, cum Sale nitri, Saleque Tartari, quos credebam eſſe Columbas Dianæ, & poſtea cum Mercurio vulgi optimè purificato per minima miſceri, ſed toto Cœlo errabam, dum Salia Alchalizata ſunt fixa, & Dianæ Columbæ volant; vnde operando iuxtà Hyeroglificum iſtarum Auium, menſtrua, quæ debent lambere, & non corrodere noſtrum Chaos, noſtrum Canem rabidum, debent eſſe maiori ex parte volatilia, quæ potius Aereæ, quàm Terreſtris, Humidæ, quàm aridæ ſunt naturæ. Sic abſque intelligentia laborans, nunquam perſpexi humiditatem illam, per quam, & in qua Aurum ſine violentia ſoluitur; & quoniam reperire hanc Mercurialem humiditatem eſt opus noſtrum, attentiſſimè ad meas operatio-

nes

nes reflectens, cordatiuſque ponderans interiora libri; inueni magicum Calybem aliud non eſſe, quàm Vaporem, qui Spiritaliter impraegnat Saturni ſobolem, quæ intelligi nequit eſſe Antimonium vulgare; poſtmodum cum Theobaldo ab Hogellande ego quoque percepi me in cognitione Sulphuris iſtius, quod per multos Annos quæſiui, domi habere; ſed quoniam abſque fuco inuidiæ ſcribo ad proximi mei vtilitatem; pro coronide huiuſce capitis meorumque errorum, addo ſententiam Solini *Saltbeſal* in Sexto Theatri, qua lecta, & maturæ perpenſa cum toto ſuo tractatu, & Parabola forſan agnoſcetis iſtud Sulphur Spiritale, verum ignem Pontani, vnicum excitatorem interni, qui paſſiuus ſtat in Mercurio, verum Antimonium noſtrum, in quo Omnipotens ſuum ſignum impreſſit. *Eſt enim Lapis*, ait ipſe, *Eſſentia hominis, Vini, & Auri, quæ tria iterum ſiunt eſſentia Omnium Animalium, Vegetabilium, & Metallorum, unde hic Lapis Philoſophorum vniuerſalis Omnia in ſe continet, quia ex Omnibus eſt factum*; vt quæ melius, eliciamini ad inuentionem huius mirabilis ſubiecti; concludo cum Alberto Magno, quod *datur in rerum natura corpus metallicum quoddam facilis ſolutionis, faciliſque putrefactionis, ſi hoc inueniſti, felix medicus eris.*

De Sulphure, quod eſt in Mercurio Philoſophico in gratiam explicandi Introitum apertum.

CAPVT VIII.

DOctiſſimus Introitus Auctor dicit; quod *Præ cunctis mirum hoc eſt, quod in Mercurio Noſtro non modò actuale, verum etiam actiuum inſit Sulphur, & tamen omnes Mercurij proportiones, & formas retinet.* Ad hanc propoſitionem mihi videor ſupradictum Hornium excandeſcere, & exclamare, non eſſe poſſibile reperire Sulphur actuale, & actiuum in Mercurio, & Mercurium non dimittere ſuam Mercurialem formam; quia in tantum Mercurius vulgaris eſt fluidus, in quantum non continet in ſe, niſi Sulphur paſſiuum, quod ſi eſſet actiuum prædominaretur Sulphur, & Argentum viuum congelatum in forma Metallica remaneret, ità quod aſſeuerare in Argentum viuum per noſtram præparationem introducendam eſſe formam, quæ ſit Sulphur Metallicum, Ignis Spiritalis, qui compoſitum Solem putrefacit ex ſententia Introitus, eſt maledicentia inclemens, quæ apud doctos, & ſapientes religionis Hermeticæ Viros, ſapit hæreſim; ſed parumper ſiſte gradum Georgiæ, nec tam velociter ingredere Sacrarium, dum tu ex Philoſophorum Aluo anathema promulgaris, quoniam hæreſes in Artem profers, ſcandaloquè te afficiant verba illa, quæ ritè, & rectè perpenſa deberent eſſe in Cauſa, vt valdè admirareris ſinceritatem tam magnam, qua hic non inuidus Auctor à peſſimis operationibus Alchimiſtas deperditos ad re-

ctum Philoſophorum tramitem deuiantes aufert. Quando prædominatur Sulphur in Mercurio abſque dubio congelatur Mercurius à Sulphure; ſed quis eſt ille, qui negat hoc? forſan Auctor Introitus, vbi dicit, quod in Mercurio ſuo exiſtit Sulphur actuale, & actiuum, & nihilominus Mercurius ſuus remanet in forma, & proportione Mercurij? O quàm malè vacas libris quamque peſſimè contemplaris illum, cui ſtudens incumbis; dicitne forſan Introitus, quod remanent in forma vulgaris Mercurij, quodque hic ſit plebeium Argentum viuum? *In Mercurio Noſtro, non modò actuale, verùm etiam actiuum inſit Sulphur, & tamen omnes Mercurij proportiones, & formam retinet*, quæ tantum ſignificant, quod tamen remanet in forma Mercurij Noſtri, quamquam imprægnatum Spiritaliter de Sulphure Metallico. Intellige rectè, Intellige, quod ego repeto voculam Mercurij Noſtri, non Mercurij vulgi, *Hic Sulphureus Ignis eſt Spiritale Semen, quod Virgo noſtra (nihilominus intemerata remanens) contraxit*.

Sequitur idem Introitus, vt percipiatur, iſtud Sulphur inuiſibiliter operari, quo vſque *cum Sole iunctus mollit, liquefacit, & ſoluit calore ad compoſiti exigentiam temperato, eodemque igne ſe ipſum congulat, datque in ſua congulatione Solem*. Aſt nulla mihi ſequitur admiratio, dum homines peſſimè intelligunt ſenſum bonorum Auctorum; gloſentque iuxtà capacitatem ſui intellectu noſtra volumina, quæ tam cautè ſcripta ſunt, tantiſque Enigmatibus inuoluta, vt dumtaxat ſpeciali gratia deſurſum à Patre luminum impreſſa, vel aliquo tradente Magiſtro poſſunt percipi.

Miror quidem inuidendo, tam facile Mundo ſe exponere quoſdam medicaſtros, qui abſque eo, quod à limine ſalutarint vnum ex tot inferioribus Arcanis, oſtentare ſe volunt Geberum, & Raymundum Iulium definitiuam ſententiam pronunciando, contra documenta Philoſophorum, ſummam, & Catholicam medicinam ipſis quam plurimis ab hinc Annis paratam. Horni

mi,

Expanduntur errores illorum, qui materijs incongruis laborant, indaganturque ſubiecta, è quibus noſter Mercurius quærendus.

CAPVT VI.

ADſunt plurimi, qui audientes materiam Philoſophicam nil aliud eſſe, quàm Sulphur, & Mercurium ſimul commixta, ſibi perſuadent operis metam inuenire, aſſumendo argentum viuum, & Sulphur, & ipſa vniendo per ſublimationem vulgarem in Cinaberim; nec manus amouent ab hoc inutili labore, dum cernunt Philoſophorum dicta vndique intonantia hoc Sulphur, & hoc Argentum viuum eorum, non eſſe vulgaria, quoniam Pſeudoalchimiſte ſubtilis ingenij, vt Rapæ, textum gloſant dicendo, neque ſeipſos intelligere conficere lapidem ex Sulphure, & Mercurio vulgaribus; verùm ab vtriuſque media ſubſtantia; ſicque in opinione ſua conſtantes in hoc Sophiſtico labore reportant, poſt multos Annos, modum Sulphur eorum reducendi in fila, lychiniaque ſulphurea optima, vt accendatur ignis, & Mercurium eorum eſſe tantummodò pro ipſis, vt pro ſcabie conficiant, ah vtinam rectiſſimè paratum, & non adulteratum, vnguentum!

Alij conſiderantes lapidem noſtrum componi ſolo Sole, Luna, & Mercurio, Argentum viuum accipiunt, Argentumque Cupellatum, quem appellant Lunam, & ea per Ignem violentum reducere volunt in materiam vnicam, aptam ad componendam matricem Auri, quem poſtea intelligunt, vt in Terra foliata, in ea ſeminare, & ſic faciunt optimum præcipitatum in Noſocomijs

mijs ad vlcera, & vulnera requiſitum.

Alij in Salibus, Aluminibus Vitriolis totam ſpem fundant, quæ remanet breui tempore arida, & ſicca inter tot Salia, quibus ſi vtuntur Philoſophi, vtuntur, vt inſtrumentis, & medijs iuuatiuis, nunquam pro materia.

Alij legentes, in Arnaldo Villanouano. *Quis igitur erit qui Aquam ſiccam preparare poſſit? dico certè, quod ille erit, qui Vitrum faciendum curat*, ſumpſerunt ſaxa, & etiam ipſum Vitrum, ſed poſt multas experientias agnouerunt ſe ipſo Vitrearios, non Philoſophos.

Infiniti poſteà obſeruantes in Treuiſano, & in Sandiuogio, qui de Noſtra Aqua loquentes aiunt. *In omni loco eſt, & ſine ea nemo viuere poteſt, verſatur ob oculos toti Mundo; nemo tamen cognoſcit eam* animum direxerunt ad inueſtigandum hanc primam materiam in Aere, ſed quia caſtrà in Aere nunquam firmè videntur ſtabilita in Terris, breui temporis operatione dignouerunt ſuam leuitatem, ideòque cognouerunt ſe tandem laborantes in Aere verificare poſſe ſententiam magni Hermetis in ſua Tabula Smaragdina. *Vir eius integra eſt, ſi verſa fuerit in Terra*.

Non pauci inſanierunt in tractandis Marcheſitis magnete, & Antimonio abſque fructu aliquo, dum hæc, primà materia metallorum non conſtant, quæ eſt Sulphur, & Argentum viuum pura, quapropter ſi hæc apud naturam nequeunt reduci in metalla, quomodò poterit Ars ea deducere, vt fiat Lapis noſter? Verum quidem eſt, quod plurimi Auctores, Antimonium commendant, & ille auctor Introitus videtur amplecti Antimonium, tanquam ſuam materiam; ſed oportet concedere de Antimonio Philoſophico, non vulgari, vt intelligit Anonimis Philaleta.

Hic mihi videre videor Georgium Hornium riſu in ore, manu calamum tractantem, me irridere, reprehendereque cùm citauerim Introitum apertum, librum ab ipſo declaratum totum Sophiſticum in Epiſtola, quam in frontem edidit ad Impreſſionem librorum

Geberi vtique mendoſorum licèt ab ipſo emendatorum. *Prodijt nuper Anonimini Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium ante multos annos ex Anglia immiſſus ; ad me tranſmiſſus, opus planè Sophiſticum ? & Commentitium , quod experientia multis , qui exacta probarunt cum damno ſumptuum , & temporis cognitum fuit .* Quid dicis inexpertè Zoilæ? ergò, quia non pauci tentârunt iuxta Introitum experientiam abſque fructu; Introitus malè loquitur? optimèque, non docet? Sed quales erant iſti? forſan Philoſophi adepti? minimè, quia intelligere volumina Philoſophica ad litteras, eſt proprietas ignorantium; qui intellectum non extendunt extra Sphęram Orizontalem Oculorum. *Diſce, diſce qui ſint Socij Cadmi , quique ſit ſerpens, qui illos vorauit, quæ ſit caua Quercus, ad quam Cadmus Serpentem transfixit ; Quæ ſint Dianæ Columbæ, quæ Leonem mulcendo vincunt : Qui ſit Leo viridis, qui re vera eſt draco Babylonienſis, veneno ſuo cuncta interimens, diſce finaliter quid ſit Mercurij Caduceum ; quid ſit Calybs, quid ſit magnes Noſter , quid ſit Soboles Saturni , quid in regno metallico originis miræ , in quo Sol Noſter propinquius eſt, quàm in Sole , & Luna vulgi.* Et poſtea palinodiam Canè omnium illorum , quæ inſcienter in hunc generoſum Authorem protuliſti. Ipſe , qui Libellum illum Electis ſcripſit, mentaliter vidit, non intellectum fore ab imperitis. Nunquam tamen putauit, credo, futurum hominem tam impertinentem, qui Vniuerſalis medicinæ poſſeſſor non exiſtens, petulanter audeat digito conuoluere Cœlum. Hoc eſt malè ſentire de hîs, qui tantùm ſibi theſaurum compararunt. Eiuſdem modeſtia, & ratio, quæ mouet ipſum, ne fiat cognitus Mundo per eum experto pro infido, pleno periculis ad mortem vſque Philoſophorum; mouet etiam, vt ſuam defenſionem aſſumam , & atramentum , quod audacter detorquere præſumis, ad tuum conuertam vultum; Ideò ne tibi diſpliceat , quod tuæ impudentiſſimæ declarationi ego pari fortitudine paratus accingar reſpondere cunctis tuis obiectis, quæ poſſis formare in Introitum apertum, & euidentiſſimis rationibus tibi conſtare faciam , quod

liber

liber ille ſcriptus eſt optimè, & ſcientificè, quòdque, tu eum intellexeris litteraliter, peſſimèque.

Ex Antimonio igitur (vt redeam ad rem) non videtur poſſe extrahi Sulphur, & Mercurius, ſed ſolùm vnicum Sal naturæ iuxta interpretationem à multis datam Introito aperto, quem nunquam credo interpretari deberi, ſic litteraliter; quia in ſenſu ſuo quamuis ad litteram interpretaretur, illis qui credunt ex ſolo Antimonio totum inuenire. *Sciant*, dixit Introitus, *Aquam Noſtram componi ex multis, eſſe tamen rem vnam ex diuerſis ſubſtantijs vnius eſſentia concretis factam.*

Hæc ſententia finaliter ſufficit ad cognoſcendam Aquam noſtram, ſcilicet Mercurium noſtrum non poſſe extrahi ex vlla re minerali, nec ex vllo metallo ſolo, ſed oportet ex pluribus rebus, quæ in eſſentia ſint vnius ſubſtantiæ, & radicis eam extrahere. *Opus noſtrum fit ex vna radice*, inquit Bernardus Treuiſanus, *& ex duabus ſubſtantijs Mercurialibus, crudis aſſumptis ex minera tractis puris, & mundis, igne coniunctus amicitia, vt exigit ipſa materia aſſiduè coctis vſque dum ex duobus vnum fiat, in quo quidem vno, Corpus, Spiritus, & iſtud corpus factum eſt à commixtione.* Pariter Sandiuogius concordat concludens. *Vide ergo, & diſce: Accepit dua Argenta viua diuerſa ſubſtantia, ſed vnius radicis, qua Saturnus lauit Vrina ſua, & vocauit illa Sulphura de Sulphuribus, & commiſcuit fixum cum Volatili facta compoſitione in Vas debitum poſuit, & ne Sulphur aufugeret cuſtodem ſuppoſuit, & ſic poſtea in balneum ignis lentiſſimi, vt materia requirebat poſuit, & omnia optimè fecit.* Et Hermes non aliud intellexit, niſi quod ex Vnione iſtarum ſubſtantiarum inſurgit noſter miraculoſus Mercurius. *Sicut omnes res fuerunt ab vno meditatione vnius, ſic omnes res nata fuerunt ab hac vna re, adaptatione.* Hoc vnum, à quo res omnes deriuatæ ſunt, ille Spiritus Solaris eſt, verus Ignis naturæ, verum Sulphur Sophicum, veriſſimum Aurum viuum Spiritale, & hæc vnica res, ex qua fit opus noſtrum, eſt vera vniuerſalis materia, vera Aqua metallina, veriſſimum Argentum viuum Philoſophicum animatum ab illo Spiritu Vniuerſali, qui virtutes omnes

cœleſtes in ſeipſo continet potentialiter. Hinc claudo Capitulum iſtud cum Ripleo, & prætendo hac auctoritate, quam affero me liberare à propalando ſubiectum, à quo extrahendus Mercurius Noſter eſt; dum ex his, quæ hucuſque protuli, ni tibi ſit obtuſus intellectus facili negotio illud dignoſcere valebis, vt pariter ſentias adeptum iſtum Angelicum, qui ſic fatur, *Lapis eſt Vapor potentialis metalli; Hunc quo pacto acquiras oportet te eſſe cautum.*

Errores in quos incidit Auctor ex mala Librorum Philoſophorum Intelligentia.

CAPVT VII.

ALiorum erroribus iam explanatis expreſſiuè, non inopportunum duco, vt vobis, ò ſtudioſiſſimi Tyrones mei, qui plurimi ſunt, innoteſcant; Lubenter memoro iam meos præter Lapſos errores, Ignorantias, vanaque experimenta, quibus ducuntur, qui facultates dilapidant propriamque impendunt Vitam, & conſumant; vt iiſdem laboribus iiſdemque ſubiectis, quibus diuturnis annorum ſpatijs vitam duxi ego abſque lumine Veritatis, ipſi illuminentur *forſan*, *& hæc olim meminiſſe iuuabit*, niſi eritis obſtinatiſſimi vti ille, qui magis Iacula inijciebat in vndas Nili rapidas, vt deſiſterent, eo magis in ſpe hoc ſibi poſſibile fore perſiſtebat; Credam quod ex alienis erroribus, quos præcedenti Capite recenſui, meiſque, quos præſenti vobis ſum expoſiturus, euitare poteritis in veſtra nauigatione ſaxa illa, in quæ nos naufragantes incurrimus,

Sunt ergo errores mei ſimiles illis omnium aliorum, ſcilicet, quærere primam materiam Philoſophicam à Sali-

à Sali-

à Salibus, Aluminibus, Rugiadis, Auri pigmento, ab Arena, Creta, Calce, Vino, alijſque rebus extraneis, quæ carent naturâ Metallica. Cognitis poſtea cum damno meo itaque materialibus alijs inutilibus, & nihil arti congruis, me applicaui ad Metallaque vulgi, & in ipſis mortuis Corporibus Mercurium noſtrum viuum, & totum Spiritum quæſiui, ſed ſemper fruſtra, quia ex metallis vulgi, dummodo ſunt in forma Metallica non fit Lapis noſter. Hinc metallis reiectis incidi in mineras metallorum, & maximè arriſit illa Saturni, quoniam in Arca aperta legens, materiam noſtram eſſe plumbum, ſed non vulgarem, exiſtimaui non poſſe librum illum deſignare aliud Plumbum, quàm plumbaginem illam, quæ ante metallum reperitur: Ex hilati inde animo, qui ex Ignorantia ſibi perſuadebat inueniſſe materiam, incepi mentem reuoluere, quomodo tractanda foret. Et quia in *Gloria mundi* legi materiam noſtram eſſe in Aere capiendam; pariterque in Alberto Magno, quod duo fumi ſubtus Terram in Aere ſe penetrant, & vniuntur in Metallum, credidi perueniſſe ad Artificij cognitionem, vt hic narratur.

Curaui, vt conſtrueretur vas ad modum vrinalis ferreum ſpitama longius, vna cum coopertorio magno vitreo cœco, quo es ferrei mei Vaſis obduxi, quod poſtea quatuor digitis ſummo ignitionis igne, exardeſceret; prius tamen impoſuetam plumbaginem, & ſalem tartari, vt impura Sulphura retineret in marginibus coperculi Alcali volatizatum eiuſdem Tartari repoſitum erat, quod tunc tam pretioſum dignoſcebam, ſicque plumbago aſcendebat in vapores ſulphureos circulando in capite Alembici, liquorque Tartari pariter circulans tangebat vapores, pinguiſque reddebatur cum ethereogenitatibus plumbaginis, quæ omnia incidebant in margine in materiam flauam, quod eſt, ac ſi diceret in Terram excrementi iam omnino inutilem noſtro operi; noui tamen: & citò, quod ſubiecta hæc tractando, oleum, & Tempus vna cum ſumptibus te-

rebam; ſed quo Animi deliquio? Dum cernerem dilapidaſſe tam fatuè copiam mei Spiritus Salis Tartari, cuius extrahendi modus ſummis laboribus, & non paucis expenſis: nonnullos ante menſes innotuerat; Tunc profectò meam expertus ſum ignorantiam me rectè dijudicans orbatum clauè illa, qui Ianuas ad Arcanorum Monarchiam reſerabat.

Relictis denique meis Calcinationibus, ſublimationibus, diſtillationibus, & ſolutionibus vulgaribus, quæ humidum radicale diſſipant, non autem augumentant laborem conſtitui iuxta doctrinam Introitus, quam intelligere, credebam. Putaueram namque cum Anonimo Pantaleone magicum Calybem, qui eſt Sulphur metallicum, extrahendum fore à Marte, & eo magis hoc mihi perſuadebam cùm viderem Magos, hoc Sulphur quæſiuiſſe, & reperiſſe in Ventre Arietis, quod eſt ſignum Martis, quod ſumebam pro Dracone, abſque eo, quod reflecterem eidem Authori Introitus, qui ait. *Quæſiuerunt in Venere, & ſimilibus ſubſtantia; ſed fruſtrà*; Mortalis error, quia nec Sulphur, quod reperitur in ventre Arietis Sulphur eſt Martis; nec pro Marte intelligitur Aries. Credebam igitur ex Antimonio Regulum ſtellatum factum more vulgari Chimicorum, ideſt ſine ſtella, facillimè purgare à ſuis Arſenicalibus Sulphureitatibus, cum Sale nitri, Saleque Tartari, quos credebam eſſe Columbas Dianæ, & poſtea cum Mercurio vulgi optimè purificato per minima miſceri, ſed toto Cœlo errabam, dum Salia Alchalizata ſunt fixa, & Dianæ Columbæ volant; vnde operando iuxtà Hyeroglificum iſtarum Auium, menſtrua, quæ debent lambere, & non corrodere noſtrum Chaos, noſtrum Canem rabidum, debent eſſe maiori ex parte volatilia, quæ potius Aereæ, quàm Terreſtris, Humidæ, quàm aridæ ſunt naturæ. Sic abſque intelligentia laborans, nunquam perſpexi humiditatem illam, per quam, & in qua Aurum ſine violentia ſoluitur; & quoniam reperire hanc Mercurialem humiditatem eſt opus noſtrum, attentiſſimè ad meas operationes

nes reflectens, cordatiuſque ponderans interiora libri; inueni magicum Calybem aliud non eſſe, quàm Vaporem, qui Spiritaliter impraegnat Saturni ſobolem, quæ intelligi nequit eſſe Antimonium vulgare; poſtmodum cum Theobaldo ab Hogellande ego quoque percepi me in cognitione Sulphuris iſtius, quod per multos Annos quæſiui, domi habere; ſed quoniam abſque fuco inuidiæ ſcribo ad proximi mei vtilitatem; pro coronide huiuſce capitis meorumque errorum, addo ſententiam Solini *Saltheſal* in Sexto Theatri, qua lecta, & maturæ perpenſa cum toto ſuo tractatu, & Parabola forſan agnoſcetis iſtud Sulphur Spiritale, verum ignem Pontani, vnicum excitatorem interni, qui paſſiuus ſtat in Mercurio, verum Antimonium noſtrum, in quo Omnipotens ſuum ſignum impreſſit. *Eſt enim Lapis*, ait ipſe, *Eſſentia hominis, Vini, & Auri, quæ tria iterum fiunt eſſentia Omnium Animalium, Vegetabilium, & Metallorum, vnde hic Lapis Philoſophorum vniuerſalis Omnia in ſe continet, quia ex Omnibus eſt factum*; vt quæ melius, eliciamini ad inuentionem huius mirabilis ſubiecti; concludo cum Alberto Magno, quod *datur in rerum natura corpus metallicum quoddam facilis ſolutionis, faciliſque putrefactionis, ſi hoc inueniſti, felix medicus eris.*

De Sulphure, quod eſt in Mercurio Philoſophico in gratiam explicandi Introitum apertum.

CAPVT VIII.

DOctiſſimus Introitus Auctor dicit ; quod *Præ cunctis mirum hoc eſt, quod in Mercurio Noſtro non modò actuale, verum etiam actiuum inſit Sulphur, & tamen omnes Mercurij proportiones, & formas retinet.* Ad hanc propoſitionem mihi videor ſupradictum Hornium excandeſcere, & exclamare, non eſſe poſſibile reperire Sulphur actuale, & actiuum in Mercurio, & Mercurium non dimittere ſuam Mercurialem formam; quia in tantum Mercurius vulgaris eſt fluidus, in quantum non continet in ſe, niſi Sulphur paſſiuum, quod ſi eſſet actiuum prædominaretur Sulphur, & Argentum viuum congelatum in forma Metallica remaneret, ita quod aſſeuerare in Argentum viuum per noſtram præparationem introducendam eſſe formam, quæ ſit Sulphur Metallicum, Ignis Spiritalis, qui compoſitum Solem putrefacit ex ſententia Introitus, eſt maledicentia inclemens, quæ apud doctos, & ſapientes religionis Hermeticæ Viros, ſapit hæreſim ; ſed parumper ſiſte gradum Georgiæ, nec tam velociter ingredere Sacrarium, dum tu ex Philoſophorum Aluo anathema promulgaris, quoniam hæreſes in Artem profers, ſcandaloquè te afficiant verba illa, quæ ritè, & rectè perpenſa deberent eſſe in Cauſa, vt valdè admirareris ſinceritatem tam magnam, qua hic non inuidus Auctor à peſſimis operationibus Alchimiſtas deperditos ad re-

ctum

ctum Philoſophorum tramitem deuiantes aufert. Quando prædominatur Sulphur in Mercurio abſque dubio congelatur Mercurius à Sulphure; ſed quis eſt ille, qui negat hoc? forſan Auctor Introitus, vbi dicit, quod in Mercurio ſuo exiſtit Sulphur actuale, & actiuum, & nihilominus Mercurius ſuus remanet in forma, & proportione Mercurij? O quàm malè vacas libris quamque peſſimè contemplaris illum, cui ſtudens incumbis; dicitne forſan Introitus, quod remanent in forma vulgaris Mercurij, quodque hic ſit plebeium Argentum viuum? *In Mercurio Noſtro, non modò actuale, verum etiam actiuum inſit Sulphur, & tamen omnes Mercurij proportiones, & formam retinet*, quæ tantum ſignificant, quod tamen remanet in forma Mercurij Noſtri, quamquam imprægnatum Spiritaliter de Sulphure Metallico. Intellige rectè, Intellige, quod ego repeto voculam Mercurij Noſtri, non Mercurij vulgi, *Hic Sulphureus Ignis eſt Spiritale Semen, quod Virgo noſtra (nihilominus intemerata remanens) contraxit*.

Sequitur idem Introitus, vt percipiatur, iſtud Sulphur inuiſibiliter operari, quo vſque *cum Sole iunctus mollit, liquefacit, & ſoluit calore ad compoſiti exigentiam temperato, eodemque igne ſe ipſum coagulat, datque in ſua coagulatione Solem*. Aſt nulla mihi ſequitur admiratio, dum homines peſſimè intelligunt ſenſum bonorum Auctorum; gloſentque iuxtà capacitatem ſui intellectu noſtra volumina, quæ tam cautè ſcripta ſunt, tantiſque Enigmatibus inuoluta, vt dumtaxat ſpeciali gratia deſurſum à Patre luminum impreſſa, vel aliquo tradente Magiſtro poſſunt percipi.

Miror quidem inuidendo, tam facile Mundo ſe exponere quoſdam medicaſtros, qui abſque eo, quod à limine ſalutarint vnum ex tot inferioribus Arcanis, oſtentare ſe volunt Geberum, & Raymundum Iulium definitiuam ſententiam pronunciando, contra documenta Philoſophorum, ſummam, & Catholicam medicinam ipſis quam plurimis ab hinc Annis paratam. Horni-

mi,

mi, noli iraſci. Tu ex his vnus es durioriſque Ceruicis, quam ferrum ipſum, quod ego olim tractabam, non ſtolidè putans ex illo elicere Sulphur illud Metallicum, quod Spiritaliter impraegnat Noſtram alatam Virginem, Mercuriumue noſtrum. Hoc Sulphur, hic Ignis, iſte Spiritus Metallicus, eſt magicus Calybs, qui in Ventre Arietis reperitur. Noſcas ipſum extrahere albo noſtro magnete, quem tot planiſſimis verbis inſinuaui; tuncque cognoſces, quod id, quod eſt ſuperius, eſt illud, quod eſt inferius, & vice verſa. Tunc etenim tibi non erit Animus declamare in Introitum apertum ad occluſum regis Palatium tanquam fabuloſum, & Commentitium; tunc ſi quidem erit tibi manifeſtum ipſis Tyronibus oſtendere verum balneum, veram humiditatem, in qua Aurum, Rex Noſter renouatur, & ad immortalitatem ferè, euehitur, vt perſpicere potes ex ſequenti Dialogo, in quo totum opus à principio vſque ad finem deſcriptum eſt.

DIA-

DIALOGVS
SIVE
INTERROGATIONES
Factæ à Magiſtro Adepto ad quendam Diſcipulum cum Reſponſionibus eiuſdem.

Mag. Fili multoties cogitaui ſuper patientiam, quâ ſpatio viginti annorum abſque intermiſſione non deſijſti meum celebrare Gymnaſium, vt adipiſcereris profundiſſimum illud Naturæ Arcanum, quod circa Metallorum tranſmutationem verſatur. Cupidus ideò ſum te examinandi, tuiſque reſponſis dignoſcendi an adhuc in toto, an in parte tibi innotuerit hoc decantatiſſimum Magiſterium. Ne tibi quæſo diſpliceat me à tua Theorica veritatem, huiuſce tam admirabilis ſcientiæ expiſcari. Ad reſponſa igitur te accingas. Cognouiſtine hucuſque verum ſubiectum, quod ſumit Philoſophus ad componendam Catholicam medicinam?

Diſcip. Præceptor mi, vt ingenuè alloquar mihi videor tot in meis laboribus diuturna manuali experientia, erga opera Chimica inſumptis, agnouiſſe quodnam ſit ſubiectum, ex quo pretioſiſſimus Lapis Philoſophorum paratur.

Mag. Perchariſſimum fiet, cum te mihi inſinuare, aſt, rationibus, vt aiunt, ad hominem, quoniam plures decipiuntur in ſua credulitate, firmè tenentes eum agnoſcere, dum ex illius cognitione primum totius artis reſultat fundamentum.

Diſcip.

Diſcip. Scio equidem multos deceptos fuiſſe, decipi, & decepturos in hac agnitione, verùm ego ab eorum erroribus, à deceptione redditus iam cautus, in comprobationem afferam; quod ſi Homo vel cuiuslibet rei ſpeciem ſeminare, debet ſumere ſemen illius generis, cuius noua generatio intenditur. Quapropter ſi in propoſito noſtro facere Metallum intendit, debet per conſequens aſſumere ſemen Metallicum, quod Natura produxit longo annorum curriculo in viſceribus terræ: Ex qua nam certa materia deſumendum ſit hoc ſemen Metallicum à Natura nobis datum iuxta veros Philoſophos, aliud exclamare nequeo, quàm quod ſi cupis hominem, ſemen hominis requiritur, ſi Pyrum ſemen Pyri, ſi Aurum ſemen Auri.

Mag. Fateor pariter & ego hanc veritatem, ſed non video cur tot, qui in Auro laborant, Opus noſtrum phyſicum non perficiant?

Diſcip. In Auro vulgi, quod eſt mortuum laborant, quod ſemen non habet, & ſi fortè Fortuna præ manibus habent viuum Aurum, neſciunt ipſum tractare, & in Vaſe apto, ac idoneo ponere, quod claudat, & vt verbo me explicem, in vaſe Naturæ proprio, quod eſt Nutrix, & Mater Auri noſtri, non verò Matrix.

Mag. Sed quodnam eſt Aurum noſtrum? ex quanam materia extrahitur hoc vas? Quomodo componitur?

Diſcip. Aurum noſtrum eſt vulgare Aurum, vas noſtrum eſt Argentum quoque viuum vulgi.

Mag. Diuites ergo, quibus maior Auri copia ineſt, quibuſque datum plurimum in Argento viuo impendere, facilius Magiſterium aſſequentur.

Diſcip. Aurum dixi vulgi, Mercuriumque vulgarem, non Diuitum Aurum, nec Argentum viuum, quòd publicè diuenditur; nunquam fuit animus, nec intellectus, Aurum tale, quod palam ex pretio datur, mortuum eſt, & cadauer, quod nō emittit ſemen; Ar-

gentum

gentum viuum, quod commune eſt, im purum eſt, & ſenio defatigatum, corpuſque ſpecificatum, & non vniuerſale, vtrumque noſtrum vulgare non exiſtit nec cunctis commune. Falluntur, qui ſen. ſui adhærent litterali, non Auctorum intentioni. Sol noſter, Mercuriuſque ſunt binæ ſubſtantiæ, vola ilis, & fixa, quæ lapidem elargiuntur mirabilem Vendibiles nequaquam ſunt, neque aptæ, vt in Mineris cudantur; vbique reperiuntur exuberanter, quælibet Domus, licet plebea eos poſſidet: ſunt viles, abiectæ, contemptæ, derelictæ, & conculcatæ per vias abſque reſpectu. Oh omnipotentis munificentia! Theſaurus tam pretioſus in materia vltrò quàm credibile humili!

Mag. Aſt reſpondeas vnde prouenit, quod illi, qui inſudant viliſſimis hiſce Materijs, meliorem compoſitionem non præſtant illorum, qui circa Aurum verſantur, aliaque ſubiecta ſummi valoris?

Diſcip Quoniam ipſis ignotum eſt artificium, eoſdemque latet naturalis proportio tam ignis, quàm Materiæ.

Mag. Si debita hæc tibi requiſita nota eſſent, ſummus ſanè eſſes Philoſophus.

Diſcip. An mihi innoteſcant, necne, tu mi chariſſime Magiſter ab hoc reſponſo cognoſces: Cùm Agricola terræ mandat ſemina, vidi eum è diametro operari illud, quod chymiſtæ ignorantes peragunt. Ipſe ſemina ſpargit eodem modo, quo Natura donauit: ipſe non terit, non calcinat, non diſtillat, non diſſoluit, non exantlat, hoc eſt, non deſtruit, verùm ijs vtitur ſimpliciter vt maturata fuere à Natura, idque eo tantummodò facit, ne ſemina priuet illa virtute germinatrice, quam ſufficienter contraxerunt à Natura vt poſſent denuò nouas emittere propagines, multipliciaque germina.

Mag. Dum rectè perpendo tuas reſponſiones, nec Aurum, nec Mercurium præparare intendis?

Diſcip. Dubito an affirmatiuè, an negatiuè mihi ſit reſpon-

ſpondendum. Vt dicunt Philoſophi, tibique magis, ac mihi notum eſt, Aurum, & Argentum viuum aliâ non indigent præparatione, & manipulatione, quam ſubtiliatione, & mundatione, quoniam Aurum eſt groſſum, & fortiſſimæ compactionis, hinc difficillimus ne dicam impoſſibilis in ipſum ingreſſus, niſi per ſubtilem actionem ſuccurratur. Videmus etenim, quod quotieſcumque calefacimus Argentum viuum, illud lento quamuis igne, quem præſentit ſtatim euaneſcit in fumum, qui fumus eſt virtus generatiua, quæ deperditur, quamobrem orbatur humiditate radicali, Sulphureque minerali, ex quo remanet corpus mortuum, ſicque tunc remanet infœcundum ſperma abſque ſemine, vt ſe multiplicet.

Mag. Quoniam mihi deſcripſiſti effectus, quos dat in igne Argentum viuum, quod venditur; ex inde mihi in animum induco, te velle ab ipſo extrahere ſubſtantiam eam mediam, quam aſſeuerat Geber eſſe eidem connaturalem, eſſeque noſtræ Medicinæ fundamentum.

Diſcip. Ego omnimodè intellexi de Argento viuo noſtro, & non de illo, quod in Apothecis venale exiſtit, quod ſanè non producit actiones, quas præſcripſi, quoniam minimo licet igne pariter fugiat, integrum tamen euolat, & totum; nec deperditur eius eſſentia, neque virtus ſpiritalis germinatiua, dum in Recipiens vas ſubiectum per deſtillationes incidit eodem pondere, & eodem corpore, ſed noſtrum Argentum viuum ſuum linquit Corpus, & ad ſuam regreditur Patriam, quia noſtrum eſt totus ſpiritus, & non totum corpus, vt illud, quod diuenditur.

Mag. Arridet planè explicatio, quoniam intelligentiæ ſatisfacit; quare non difficillimè credam tibi notam eſſe ſubtiliationem, quam præcedere debere ſuprà innuiſti, ideò te enixè rogo, dummodo hoc non reddatur ingratum, & quid ſentias proferas.

Diſcip.

Diſcip. Nil ampliùs dicam quàm annuunt Philoſophi; Aiunt ipſi per ſolum Mercurium hanc ſubtiliationem præſtari. Comes Bernardus inquit, pro compoſitione Medicinæ, Philoſophum dumtaxat duabus rebus indigere, non ſumi, nec ingredi, nec videri, niſi duæ res deductæ, & extractæ, ambæ crudæ, & immaculatæ à Minera, & coniunctæ vi ignis adminiſtrati, vti Natura repoſcit. Aduertendum tamen hoc in igne ſicco, humido reddito per Artem, conſiſtere totum Arcanum, ex eo quod veritatis ſubſiſtentia pendet è gradibus iſtius ignis.

Mag. Obſtupeſco in audiendo te tam fundatiſſimè loqui, ideò iniucundum tibi non exiſtat, ſi petam, quomodò intelligendi ſint Philoſophi cùm clamant, quando non reducantur corpora in primam materiam Artificis labores omnes irriti, & fruſtanei ſunt.

Diſcip. Cùm Aurum eſt redactum in Mercurium noſtrum per Mercurium vulgi, tunc reducta ſunt corpora in primam materiam, cùm ſit Mercurius terra vera, quæ hanc præſtat reductionem, ſicuti docet Natura, quod terra, videlicèt, ſemina reducit in primam materiam abſque aliquo auxilio alicuius rei, præterquam quod illius, quòd dat Agricola, qui ſeminat in ipſa, hæc ſemina ſicuti Natura præparauit.

Mag. Ex quo procedit hæc reductio dictorum corporum?

Diſcip. Hæc reductio de groſſo facit ſubtile, & de ſubtili groſſum, de occulto manifeſtum, & de manifeſto occultum. Per hanc viciſſitudinem, Spiritus non ampliùs eſt Spiritus, & corpus non eſt ampliùs corpus. Aſt mediante igne digerente fiunt vnum magis nobile, quàm non erant prius ſeparati.

Mag. Quodnam nomen attribueris Vnioni harum duarum rerum?

Diſcip. Nomen attribuerem iſtud; Animationem videlicèt noſtri compoſiti, quoniam ab vnione Spiritus cum corpore, & corporis cum Spiritu reſultat

Cc Ani-

Animæ introductio, ex eo quod ex his tribus corpore, Spiritu, & Animâ, Sapientes ſuum Lapidem compoſuerunt. Ille verò, qui eum fabricare contendit, vti ſæpius ego tentaui, ſolis Spiritu, & corpore decipiuntur, quia Lapis ex Anima ſuam aſſumit perfectionem.

Mag. Super hoc quæro magis diſtinctas rationes, ne remaneam ambiguus in credendo, quod poſſit haberi hæc vnio corporis, Spiritus, & Animæ.

Diſcip. Cuncta corpora ſenſitiua in vnione duorum Spermatum, acquirunt Animam ſenſitiuam, & Vegetatiuam. Hoc quidem Homini nequaquam succedit, dum eius Animæ infuſio eſt ſpeciale donum Altiſſimi, qui in ipſum Animam infundit poſt vnionem duorum ſeminum Spermaticorum, quæ Anima eſt Anima intellectualis, quæ ſuum Creatorem agnoſcit, ſcitque bonum à malo ſecernere; ſed alia corpora non habent hanc Animam intelligentem, ſufficit ſiquidem ipſis ſenſitiua, & vegetatiua, quæ inſeruiunt eorum generationi, & multiplicationi; ideò quæ ex vnione corporis, & Spiritus oritur Anima, à me ſufficienter explanata, & deſcripta.

Mag. Quieſcit intellectus tuo reſponſui, ſed quoque dic mihi, Quid eſt de Anima hac poſt vnionem Spiritus cum corpore factam?

Diſcip. Per hanc conſumitur Matrimonium, cùm ſit Sulphur, quod in Vaſe fœminino poſitum imprægnat, & Lapis producitur.

Mag. Hæc eſt nimis allegorica elocutio. Punctum hoc maiorem requirit dilucidationem.

Diſcip. Aſſumam corpus, & animam in pondere conuenienti, denuoquèponam, & ſigillabo in eorum Vaſe.

Mag. Quale corpus huic animæ vis tu dare, ſi iam dixiſti, hoc Sal compoſitum de anima, corpore, & Spiritu?

Diſcip. Quæſitum iſtud eſt compendium difficultatis, ex qua multi nec ad infinitum excurrerent, Vela retrahere

here conati ſunt, quia non intellexerunt compoſitionem Lapidis noſtri, factam ab vna re, ex qua naſcuntur duæ. Hinc euenit quod in aliquibus præparationibus Mercurius Spiritus eſt, in alijs eſt corpus, vnde fit neceſſaria iſta coniunctio ad perficiendum artificium ſeparationis, dum componitur anima cum Mercurio, qui ſeparatim ſumitur pro Spiritu, vti ſemen pro corpore, quod eſt Aurum: ſed quando per artem noſtram vniuntur, & fixantur, pro anima accipiuntur: ergo hæc anima ſubtilior Spiritu, nomen corporis acquirit, dummodò cum corpore Spirituquè vnitur, imò tunc quando hæc anima ab iſta vnione reſultat, & nomen acquirit Vaſis, Terræ, in qua dicta anima ſeminatur, vt Sperma compoſitum de Minerali Auro, quod idem eſt dicere de Sulphure Naturæ, videlicèt, igne Solari. Obſcuritas harum contradictionum obcœcat ſtudioſos, qui confunduntur, in nominum multiplicitate, cum quibus, nunc compoſitum noſtrum Philoſophi appellant aquam cœleſtem, nunc Terram foliatam, nunc ignem, nunc Sulphur, nunc Virginem concipientem, nunc nudam Dianam, nunc Hermafroditum, & finaliter cum tantis nominibus ſola vnica res, Mercurialis ſubſtantia intelligitur ab ipſis.

Mag. Sum penè ſatisfactus, ſolùm mihi remanet ſcire, an pari pondere ſit hoc ſecundum compoſitum, vel abundet plus aquæ, quàm terræ, & ignis, vel plus ignis, quàm terræ, & aquæ.

Diſcip. Non eſt pondus Artis, ſed Naturæ, quæ attrahit id, quod ſibi eſt neceſſarium. Sic Mercurius, & Aurum optimè ponderata ſunt à Natura, nec Ars vllo modo poteſt in ipſis inducere perfectionem, aut detrimentum. Pondera, quæ ſpectant Artifici, ſunt illa, quæ Bernardus Treuiſanus in vnione volatilis cum fixa, ideſt, in proportione ignis ſui, vt penetret, & diſſoluat, exponere nudis verbis negat.

Mag. Totum intellexi. Hæc Medicina componitur ex ſola re, quæ ſola ſubſtantia Mercurialis eſt; Conſtat

corpore, Spiritu, & anima, & ſecundùm formarum, vel colorum mutationem variat in nominibus, quia nunc corpus in Spiritu, nunc Spiritus in corpore, & corpus, & Spiritus ſæpè ſæpius ſe oſtendunt in Anima: Compoſita ſunt in collegatione elementorum à natura in ſuis menſuris perfectè æquilibrata, vnde non poſſumus nos cùm Arte addere, nec demere circa pondera. Hoc totum intellexi, ſed capere non etiam poſſum ad quid inſeruire debeant tot præparationes à Philoſophis inculcatæ, ideſt, tot calcinationes, tot reductiones, riuerberationes, diſtillationes, ſublimationes, incinerationes, fixationes, cerationes, multiplicationes, de quibus manufacturis nec verbum quidam tu mihi profers. Qua de cauſa dubium me ſorprendit, quid ſit; ſint inutiles, vel, ſi neceſſariæ, tu non ſine ſagacitate illas tacuiſti mihi.

Diſcip. Non arbitrabar alloqui cum meo Magiſtro de hiſce rebus, quæ ſunt prima elementa Artificij noſtri. Tu autem prudenter eas à me requiris, vt certus ſis de meis bonis principijs in hac ſcientia. Credam igitur curioſitati tuæ ſatisfacere hac ſimilitudine à Ruſticis deſumpta, qui poſito ſemine ſub terra non quærunt aliam præparationem, & quamuis non ſint in Philoſophia verſati, nihilominus eorum vſus, & quotidiana experientia, quibus edocentur, inſinuant apud me meritum præſtandi omnem fidem. Denuò dico, quod ipſi non ampliùs præparant terram poſtquam ſemen in ipſam proiecerunt, & meritò, quia prouida Natura, dum ſemen iacet in terra illud emollit, corrumpit, & in ipſa corruptione, mouentur elementa, & reddunt vegetabile ſemen. Terra augumentando humidum radicale, hoc humidum radicale Aquam, Aqua Aerem, & Aer Ignem, vndè per huiuſmodi reſtaurationem elementorum in ſemine exiſtentium (quæ ſunt idonea ad attrahendum quatuor elementa in Terra fluentia,) vegetat, creſcit, & ſemen vertitur in corpus. Quid ex

hoc

hoc arguam? Quod in eadem de elementorum rotatione fiunt omnes ſublimationes, deſtillationes, calcinationes, quas à me requiſiuiſti. Melius explicor. Accipiamus vegetabile ſemen frumenti. Hoc in ſemine primo loco, mediante corruptione, generatur, & naſcitur ſubtilis herba, hæc herba traſmutatur in Paleam, de Palea fit Spica, de Spica frumentum, de eo Farina, de Farina Leuitum, & de Leuito Panis. In hoc progreſſu fiunt ſingulæ præparationes non per Artem, ſed per Naturam. Non ſecus in noſtra Medicina, compoſita Corpore, Spiritu, & Anima, poſtquam ſit in ſuo vaſe recondita, quod idem eſt ac in ſuo igne, incipiunt noſtræ præparationes. Prima, quæ in deſtillatione conſiſtit, vocatur à Philoſophis putrefactio; ſecunda, quæ eſt Albedo, dicitur ſublimatio; tertia, in qua noſtrum ſubiectum in terram vertitur, præcipitatio appellatur, & in hiſce tribus formarum mutationibus naſcuntur omnes aliæ præ variatione colorum apparentium, circa quos boni Magiſtri parum curauere plura dicere, præterquam ad occultandam hanc ſcientiam, quoniam mens hominum confunditur in legendis tot præparationibus, quæ potius creduntur ſudores Artis, quàm operationes Naturæ.

Mag. Doctè allocutus es, & quando mihi ſatisfacies in hoc alio quæſito, credam te veram cognitionem, & praxim noſtri Magiſterii attigiſſe. Dic mihi. Poſtquam Medicina fuerit deſtillata, putrefacta, & ſublimata eget alia præparatione? alio Artificio?

Diſcip. Certè, & in hoc totum latet ſecretum. Comes Treuirenſis benè demonſtrat, dum dicit. *Terrena potentia ſuper ſibi reſiſtens pro reſiſtentia dilata, eſt actio agentis in iſta materia.*

Mag. Finis igitur Medicinæ hic eſt. Poteſtne poſt ſolutionem, & congelationem fieri cum ea proiectio?

Diſcip. Non adhuc eſt apta ad proiectionem, quia nullum habet ingreſſum ad Metalla. Poſſumus itaque ea vti ad ſanitatem corporis humani propinando in

vino, Brodio, vel alio liquore; cuius vi, ſi infirmus per Annum ægrotauerit, ſanabitur vnico menſe, ſi per plures menſes, vnica Hebdomada, ſi verò per menſem, vnico die.

Mag. Ergo ſunt neceſſariæ aliæ operationes?

Diſcip. De hoc non dubito. Duce ratione. Oritur noſter Infans poſt ſeptimum, ſeu nonum menſem, nec ampliùs paſcitur menſtruo, & ſanguine crudo, cibatur tamen lacte, ſcilicet ſanguine bis coƈto. Hæc eſt multiplicatio, ſine qua nihil valet noſter Philoſophicus Lapis; quia ingreſſum non habet. Comes prædictus cuidam de Marchia Anconæ, qui Lapidem, vt ipſe fabricare ſciebat, hoc ſecretum propalare noluit, ſine quo proiectio nunquam fieri poteſt. Nonnulli ad faciendam hanc multiplicationem accipiunt multas partes Mercurij, & vnam Medicinæ, & denuò eis apparuerunt tres diuerſi colores, nigredo nempè, albedo, & rubedo. Hæc autem multiplicatio auget quantitatem molis, non autem ſubtilitatem virtutis. Fuerunt decepti, quia non cognouerunt Philoſophorum dolum, qui de vltima præparatione vel nihil, vel nimis ænigmaticè loquuti ſunt, ne eorum ſermo aliis, quàm Poſſeſſoribus huius pretioſiſſimi Theſauri pateſieret.

Mag. Eſtne etiam tibi cognita hæc vltima præparatio?

Diſcip. Nil tibi, ò Magiſter, celare conuenit. Iam noui, & quia de hoc certus ſis audias. Anima noſtra aurea, Lac bis coctus, & vnico, & claro demùm verbo, Oleoſitas aurifica eſt, quæ multiplicat in virtute, incerat, & dat ingreſſum ad metalla.

Mag. Tu ergo tenes Animam ab Auro eſſe extrahendam ad perficiendum Lapidem Philoſophicum?

Diſcip. Non Sophiſtico modo, ſed via philoſophica teneo, imò nequaquam Lapidem fieri poſſe abſque hac extractione, quoniam Lapis non eſt aliud, quàm Aurum animatum, & in ſupremum gradum digeſtum.

Mag.

Mag. Tu autem ſupra aſſeruiſti, Aurum vulgi eſſe mortuum, noſtrum verò Aurum viuum.

Diſcip. Benè, & denuò replico, Aurum vulgi eſſe mortuum, dum tractatur à vulgo Ignorantium; Dum autem tractatur à Philoſopho reuiuiſcit, & non ampliùs eſt Aurum vulgi, ſed Philoſophorum.

Mag. Scisne Aurum vulgi viuum reddere? Et quando etiam id ſcias, quomodò concordare poterimus Auctores communiter dicentes, Magiſterium noſtrum non eſſe ſumptuoſum?

Diſcip. Quando extraho à ſuo ſepulchro, & à ſuis ſterquilinijs noſtrum Mercurium, tunc redditur viuum Aurum Philoſophorum, & dum Aurum vulgi in terram reduco, tunc operatio eſt nullius impenſæ, quia de Auro tam vili fit Aurum tam nobile.

Mag. Quid profers? Aurum nobilitatur, dum in terra reducitur? Nonne vides, quod hac via deſtrueretur, nec amplius eſſet ſpendibile?

Diſcip. O Magiſter, vis me omninò ſcrutari, dum fingis non intelligere. Quando nomino Aurum vulgi, intelligo de materia vili omnibus communi, quæ per vias proijcitur, venditur præparata vili pretio, nec pro pretioſa cognoſcitur, in qua latet humidum radicale Metallicum, Sulphur luminoſum Naturæ, verum Aurum Philoſophicum: non autem intelligo de Auro ſpendibili; Hoc enim non eſt Aurum vulgi, ſed Principum, & Aurum Principum non eſt Aurum Philoſophorum.

Mag. Cur Philoſophorum Aurum non eſt Aurum Principum?

Diſcip. Quia Aurum Philoſophicum eſt viuum, ac agens animatum, aſt Aurum ſpendibile eſt mortuum, atque diſanimatum.

Mag. Sed vbi reperitur hoc Aurum Philoſophorum: Ex quo ſubiecto illud vis extrahere? Ponamus falcem ad radicem. Viſne illud extrahere ab Animali, vegetabili, vel minerali?

Diſcip. A terra, quæ non eſt terra, à metallo, quod non

eſt Metallum, à Vitro, quod non eſt vitrum. Cupis me clarius loqui? *Viſitabis interiora terræ rectificando inuenies occultum Lapidem*, veram Medicinam.

Mag. Oh, oh, Ex Vitriolo ergo vis illud extrahere, dum primæ litteræ iſtorum dictorum verbum componunt Vitriolum in nomine.

Diſcip. Rectè, at per vitri Oleum, non Vitriolum, ſunt iſtæ litteræ interpretandæ, & ſi vis etiam interpretari per Vitriolum, affirmabo ſubiectum noſtrum eſſe Vitriolum commune, continens in ſe ſemen metallorum, nempè Sulphur, quod eſt Lumen Alumen, & Tinctura.

Mag. Certum eſt, quod Sulphur eſt Naturæ principale principium, ſed quomodò ipſum vis purum extrahere à Vitriolo, vbi ex impuritatibus aduſtilibuſque, etherogeneis contaminatum iacet?

Diſcip. Quamquam Sulphur Vitrioli contaminatum ſit ab impuritatibus metallicæ ſubſtantiæ componentis corpus ſuum, nihilominus pro ejus purgatione Artificis ponitur Ars, & hoc propriè primæ operationis progreſſus eſt tàm à Philoſophis occultatus. Ne aliquis vnquam credat, quod extractio Sulphuris noſtri à ſua radice, fieri poſſit ſine fœculentijs immundi Sulphuris aduſtibilis, quia hæc facilitas non habetur, nec etiam à primis Artis Magiſtris, pro cuius confirmatione faceret reminiſcentia dicti Morieni. *Niſi corpus immundum mundaueris, & ipſum dealbatum reddideris, & animam in ipſum miſeris, nihil huius Magiſterij direxiſti.*

Mag. Oportet ergo Sulphur extractum à ſua radice poſtea purgare ab omnibus impuritatibus contractis propter concomitantiam ex colligatione ſuorum comitantium, qui ſunt infecti?

Diſcip. Procùldubiò, imò vltra purgationem oportet etiam eum animare, vt poſſit veraciter appellari Agens viuum, Agens viuificum, & in hoc totum Arcanum clauditur, de quo figuratiuè loquuntur tot Philoſophi in Turba; quod ſi depuratum poſſet haberi

beri in ſua ſimplici extractione, ſuperflua eſſent tot dogmata Adeptorum, vt depuretur, & animetur ad præſcriptum verum methodum, quod filijs Artis docent.

Mag. Ergo iuxta tuam fantaſiam Sulphur Philoſophicum non reperitur depuratum in corpore vllo?

Diſcip. In auro ſolummodò metallicum Sulphur purum, & incombuſtibile reperitur.

Mag. Cur igitur ad eum extrahendum, non laboramus in Auro?

Diſcip. Quia de Auro diſponere eſt nimiæ difficillimæ operationis, & quamquàm multi multa dicant circa extractionem noſtri Auri viui, ab Auro mortuo vulgari, attamen non credo ad Lapidem Sophicum adducere; nec credam vnquam aliquem tam patientem, vt ad ſua principia in Vitriolum tentet reducere Aurum, vndè poſſit ad gradum decoctionis ſupremum redactum, in Elixir conuerti, quia labor immenſus, diſpendiumque magnum fieret hoc Vitriolum in quantitate conſumere ad inueniendum Spiritum album à Natura occultum in Oleo ſuo, ſuoque Sale incombuſtibilis eſſentiæ. *Ita vt* ſi volumus faciliter hunc Theſaurum conſequi, opus eſt eum perquirere in corpore facilis diſſolutionis: quamuis in quocumque corpore reperiatur, impoſſibile eſt Sulphur prædictum habere abſque impuritatis macula, *Ita vt* non indigeat depurari, & animari ab Arte, & hæc eſt vnica illa præparatio à Philoſophis celata, & clauis maxima noſtri Magiſterij. Sed vt ad rem noſtram redeam, non ſufficit dicere, quod Sulphur noſtræ materiæ ſit impurum, dum habemus illud puriſſimum in Auro vulgari: Si enim impuritates eſſent infixæ, radicitus in ſubſtantia Spiritus Sulphurei certè non contradicerem, ſed cùm materia noſtra ſit tantùm per accidens maculata, poteſt benè per Artem mundari.

Mag. Ratiocinando æquidem ſuper Minerale noſtrum; cognoſcitur ex illius compoſitione illud eſſe Ligamen,

men, Retinaculum, & Carcerem Sulphurei Spiritus, ſed Vitriolum vulgare eſt receptaculum corporis metalli ci, ſicque concludes, quod Minerale hoc aptum eſt ad conſtructionem phyſicè Tincturæ, dummodò tamen à mente reijcias vulgare Vitriolum tanquam omninò ineptum ad Opus noſtrum, vt in Apphotecis reperitur.

Diſcip. Non ſolùm eſt ineptum, verùm nec dici poteſt de ipſo, quod ſit Agens in noſtro magiſterio, vnde meritò concludendum erit Auctores loqui de eorum Minerali, quod certè Vitriolum Vulgare non eſt.

Mag. Poterit forſan eſſe portio extracta à vulgari Vitriolo: diuerſiſſima tamen ſubſtantia illius primi mixti: Quidne dicis?

Diſcip. Ipſe dico, quod multum dixi, tuque Magiſter potes me ab vlteriore locutione liberare: Nihilominus, vt videas me non eſſe deceptum, nec de mea cognitione ambigere: addo, quod principia remota talis compoſiti ſunt quatuor Elementa, principia proxima Sal, Sulphur, & Mercurius; principium propinquiſſimum illa Proles herculea eſt, nata ex coniunctione artificiali Sulphuris, & Salis, mediante Mercurij Ligamine, quæ eò magis aptior redditur, quo exaltatur à numero Aquilarum rotantium, quæ cum eadem naſcuntur. Hoc eſt ſemen illud metallicum, quod vti cauſa agens; introductum ab Arte cum induſtria in Vtero fœminino potentiam habet educendi à materia paſſiua formam non ſolùm aurificam, verùm etiam prolificam, quod per naturam fieri nequit in Mineris propter aeris cruditatem, prout refert Sandiuogius. Hi autem progreſſus nullatenus ad noſtræ intentionis metam reducuntur; in vnica tamen operatione duæ tantùm requiruntur, prima nempè plena tœdio, & labore pro ſeminis præparatione neceſſario; alia verò operatio ſuauis, facilis, Ludus Puerorum, & Opus Mulierum, & in vtraque ex dictis operationibus apparent Signa, colores,

lores ; qualitas, & quantitas ignis, & Vaſis, & tandem radix, ex qua, mediante prima operatione, attractione mirabili extrahitur ſemen Metallicum, atque materia, vnde formatur Vterus, in quo dictum ſemen includitur in ſecunda operatione, & hoc ſatis, vt ſatisfaciam tuæ curioſitati, & meæ conuenientiæ.

Mag. Gaudeo, atque ſummoperè gaudeo de tua ſubtili intelligentia, & Deum ter, Optimum Maximum humiliter deprecor, vt Praxis reſpondeat Theoricæ rectè adimplentis ſingulos numeros noſtræ diuinæ ſcientiæ.

COROLLARIVM

QVæſtio haud Vulgaris exibetur; dùm de materia Phyſici Lapidis quæritur; quot modis materia hæc accipienda; Ad quæſtionis reſponſionem duo Præmiſſa ſunt præmittenda, quorum Primum eſt, Lapidis Philoſophici nomine, non tantùm, Lapidis ortum, & initium intelligi poſſe, quinimò etiam tinctura ipſa perfecta; Vnde in vtroque paſſu diſtinguendum reſtat. Secundum Præmiſſum eſt, quod omnis tinctura non Sophiſtica largo modo ſumpta, etiam Lapis Phyſicus dici poteſt, quia eandem Originalem eſſentiam ducit, licèt aliqualem ſubſtantiæ ſpecificæ differentiam admittat. His præmiſſis, ad reſponſionem naturali dictu diſtinguere oportet, ſic vt materia, vel ſit proxima, vel propinquiſſima, vel remota, & hoc reſpectiuè; nam Remota, in tantùm talis dicetur non habità ratione ad remotiſſimam, quæ cadit ſuper omnia ſubiecta damnata ab Arte, & incongrua, ſed prout differt; & diſtat aliquo gradu à propinqua, & propinquiſſima. Pari modo Propinquiſſima dicetur, quæ nullam aliam poſt ſe admittit differentiam, imò eodem gradu permanens, ab illa Lapis ipſe ad actum reſurgit. Vnde remota pro ipſo Subiecto, ac indiuiduo materiali erit accipienda, à quo Medicina quocumque gradu perfecta deduci poteſt. Tale ſubiectum vnicum eſt, & corpus vnum, à quo ſi quis aberret, deuius nunquam Philoſophicam viam ingredietur; nam ei ſoli data etiam eſt à Cœlo virtus, facultas, & poſſibilitas, vt ex ipſo poſſit Lapis Philoſophicus extrahi.

Propinqua verò ea dicetur materia, reſpectiuè ad ſupradictam Remotam, (ideò ſic dicta, quod per ipſam

nulla facta fuit ad Lapidem Phyſicum præparatio, aut præordinatio: Vnde nec idonea cenſeatur, niſi ab ijs Artificibus noſtræ Artis, qui lumine intellectualis præcognitionis in intrinſeco illius, omnem virtutis differentiam cognoſcunt. Hinc Propinqua ordinem poſteriorem ſequitur ab hac Remota ad propinquiſſimam accedens. Hæc materia propinqua eſt ipſummet ſubiectum aliquo modo præparatum, diſpoſitumque, vt ab illo Lapis ſuum ſumat initium. Hæc verò materia vnica non eſt, quia cùm diuerſimodè ſubiectum præparatur, diuerſam nominis nomenclaturam obtinet; nam quamuis vnus finis ſit, tamen per plures vias ad hunc finem directas, Patres noſtri peruenerunt. In electione huius materiæ veræ, ſagacitas ingenij adhibenda eſt, profundæ, præuiæque cogitationis ſeries præordinanda. Hinc nata eſt differentia duarum viarum, humidæ ſcilicet, & ſiccæ, de quibus multi multa ſuo modo dixerunt, quodque non paucis, erroris maximi cauſa fuit, vt diuerſa ſubiecta, incongruaque materialia illi ſumpſerint, & adhibuerint, à recta via aberrantes.

Propinquiſſima verò illa erit, quæ poſthabita præparatione, diſpoſitioneque ad determinatum Elixir conficiendum, pro ſubſtantia elaborata puriſſima, & idoneo ſubiecto eſſentiali, à quo immediatè Lapis confici debet, ſumitur. Imò ſi ipſam Lapidem dixeris, non mentiris, non habito reſpectu à maturitate ad cruditatem, & inducendo à poſſibilitate actum formalem emergentem. Hæc quia ab indiuiduo primo, pluri gradu diſtat, Vniuerſalis dici meretur, quia ad genus puræ ſubſtantiæ Mercurialis accedens, à ſpecificis differentijs, ac qualitatibus ſegregatur, nec eſſentiales, vniuerſaleſque qualitates continet, per quas, extra omnes res, cognoſcitur. Hæc propinquiſſima materia pluribus nominibus declaratur, & pluribus virtutibus inſignita manifeſtatur: Aliqui enim ex Philoſophis eam, mediam ſubſtantiam Mercurij nominare autumant. Alij eam eſſe dixerunt Mercurium Philoſophorum. Alij Virginem alatam. Alij Infantis nomen ei attribue-

tribuerunt, & Aquilæ exaltatæ; ita vt nomine omnium elementorum dicatur, modò Aqua noſtra, aqua Azotica, caotica hylealis. Modò terra ſublimata foliata, terra terræ, puluis aſcendens honoratus: Modò Aer noſter, aer ſolutus: Ignis naturæ, ignis Gehennæ, & pluribus alijs nomenclaturis vocatur. Et quia continet elementarem eſſentiam, & purum illud Elementorum, & quintum quid, ex quatuor abſtractum, ideò non incongruè nomine omnium rerum vocari poteſt; quia elementa, & elementorum eſſentiæ in qualibet re inueniri poſſunt.

Hæc ſunt ſtudioſe Lector, quæ tibi coronidis loco obſeruanda proponimus, ne cum cæteris ſine diſtinctione ad opuſcula iſta, alioſque libros legendos animum diſponas, ſed quod tibi vtile ſit, ex paleis granum ſelectum recollige; cognoſcaſque; vt Pecus in Vinetis, maturum ab immaturo diſtinguit, ſic tu in legendis libris, quod tuum erit decerpe, electum accipe. Vale.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

TRA-

415

Digitized by Google

Digitized by Google

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro d.l Libro Antico
F[illegible]RA
1970

Google